d) abl.: si ipse populo Romano non praescriberet, quem ad modum suo iure uteretur: I 36, 2; qui (Suessiones) eodem iure et ⟨*om. fh*⟩ isdem legibus utantur, unum imperium ⟨*c*⟩ unumque ⟨*c*⟩ magistratum cum ipsis habeant: II 3, 5; ¶ stipendium (se) capere iure belli, quod uictores uictis imponere consuerint: I 44, 2; — suo beneficio conseruatos . ., quos iure belli interficere potuisset: VII 41, 1; ¶ sibi placere regem Ptolomaeum atque . . . Cleopatram . . . de controuersiis iure apud se potius quam inter se armis disceptare: 3, 107, 2.

e) c. praep.: ne quid de iure aut de legibus ⟨de legibus aut iure β⟩ eorum deminuisse uideretur: VII 33, 2; ¶ cur enim potius Haedui de suo iure et de legibus ad Caesarem disceptatorem ⟨disceptatum *R. Steph.*⟩ quam Romani ad Haeduos ueniant? VII 37, 5.

non oportere se a populo Romano in suo iure impediri: I 36, 2; ¶ nos esse iniquos, quod ⟨*c*⟩ in suo iure se interpellaremus: I 44, 8.

quod ne facias pro iure nostrae amicitiae a te peto: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 1.

B. = iudicium: quascumque postea controuersias inter se milites habuerunt, sua sponte ad Caesarem in ius ⟨in ius *Guilielmus;* intus *z*⟩ adierunt ⟨ad Caes. euntes adferunt *Hartz*⟩: 1, 87, 2.

[**Falso:** completur urbs † et ius comitium: 1, 3, 3; relicto monte uniuersi † iuris eius Larisam uersus *se* recipere coeperunt: 3, 97, 2.]

ius iurandum. A. obi.: tirones . . . iure iurando accepto nihil iis ⟨*c*⟩ nocituros hostes se Otacilio dediderunt: 3, 28, 4; ¶ alqm ius iurandum adigere: VII 67, 1 *u.* **C.** adigere; princeps in haec uerba iurat ipse; idem ⟨iurat. ipse idem *Oahl*⟩ ius iurandum adigit ⟨adiit *l*⟩ Afranium; subsequuntur ⟨adigit. afranium subseq. *Oah*⟩ tribuni militum centurionesque: 1, 76, 3; prouinciam omnem in sua et Pompei uerba ius iurandum adigebat: 2, 18, 5; ¶ inter se fidem et ius iurandum dant: I 3, 8; dato iure iurando ab omnibus, qui aderant, . . . ab concilio ⟨*c*⟩ disceditur: VII 2, 3; ¶ fidem reliquis interponere, ius iurandum ⟨ius iur. *del. Eussner*⟩ poscere, ut quod esse ex usu Galliae intellexissent, communi consilio administrarent: V 6, 6.

B. genet.: crudelitas in supplicio, noua religio iuris iurandi spem praesentis deditionis sustulit mentesque militum conuertit et rem ad pristinam belli rationem redegit: 1, 76, 5; qui omnes . . . contra religionem iuris iurandi in eius conspectu ⟨*c*⟩ crudelissime interficiuntur: 3, 28, 4.

C. abl.: probata re atque omnibus iure iurando ⟨ad iusiurandum β; ius iurandum *Ciacc.*⟩ adactis: VII 67, 1; ¶ illud se polliceri et iure iurando confirmare, tutum ⟨se *add.* β⟩ iter per ⟨suos *add.* β⟩ fines daturum: V 27, 10; inuentis non nullis ciuitatibus iure iurando inter se confirmant obsidibusque de pecunia cauent: VI 2, 2; conclamant equites sanctissimo iure iurando confirmari oportere, ne . . .: VII 66, 7; ¶ quorum si principes ac senatus sibi iure iurando fidem fecisset: IV 11, 3; ¶ (Haeduos) coactos esse Sequanis obsides dare . . . et iure iurando ciuitatem obstringere, sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano imploraturos neque recusaturos, quo minus . . . essent: I 31, 7; ¶ iure iurando ne quis enuntiaret, nisi quibus communi consilio mandatum esset, inter se sanxerunt: I 30, 5; quoniam in praesentia obsidibus cauere inter se non possint ⟨*c*⟩, ne res efferatur, at ⟨*c*⟩ iure iurando ac fide sanciatur petunt conlatis militaribus signis, quo ⟨*c*⟩ more eorum grauissima ⟨*c*⟩ caerimonia ⟨*c*⟩ continetur ⟨*c*⟩, ne facto initio belli ab reliquis deserantur: VII 2, 2; haec quo facilius certisque condicionibus fiant et iure iurando sanciantur ⟨sanctiatur *af*⟩, . . . propius accedat: 1, 9, 6; ¶

quod solus neque iure iurando neque obsidibus teneretur ⟨*u. CC*⟩: I 31, 9.

D. c. praep.: ad ius iurandum adigere: VII 67, 1 *u.* C. adigere.

iussu: quae (naues) missu ⟨iussu *O; Paul*⟩ Bruti consuetudine cotidiana ad portum excubabant: 2, 22, 3; — quas (naues) M. Varro quasque Gaditani iussu Varronis fecerant: 2, 21, 4; *se* ea, quae faceret, iussu atque imperio facere Pompei; quae mandata ad se per Vibullium delata essent: 3, 22, 1; — qui (C. Fufius Cita) rei frumentariae ⟨causa *add.* β⟩ iussu Caesaris praeerat: VII 3, 1; erant ⟨*c*⟩ Orici Lucretius Vespillo ⟨*c*⟩ et Minucius Rufus cum Asiaticis nauibus XVIII, quibus iussu D. Laelii praeerant ⟨*P. Manut.*; -rat *codd.*⟩: 3, 7, 1; L. Torquatus, qui iussu Pompei oppido praeerat praesidiumque ibi Parthinorum habebat, . . . portas aperuit: 3, 11, 3. 4.

iustitia: quod Diuiciaci fratris summum in populum Romanum studium, summam in se uoluntatem, egregiam fidem, iustitiam, temperantiam cognouerat: I 19, 2; ¶ quae gens ad hoc tempus . . . summam . . habet iustitiae ⟨iustitiam β⟩ et bellicae laudis opinionem: VI 24, 3; ¶ se ⟨*c*⟩ uero, ut operibus ⟨*c*⟩ anteire ⟨*c*⟩ studuerit, sic iustitia et aequitate uelle superare: 1, 32, 8; ¶ sperare (se) pro eius iustitia quae petierint impetraturos: V 41, 8; — ad hunc propter iustitiam prudentiamque summam ⟨suam α; *plur. edd.*⟩ totius belli ⟨summam *add.* α; *plur. edd.*⟩ omnium uoluntate deferri: II 4, 7.

iustus. **1. adiect.; A. propr.; a) = quod iustitiae et aequitati respondet:** neque sui iudicii . . . esse . . decernere ⟨*c*⟩, utra pars iustiorem habeat causam: 1, 35, 3; ut iustissimam apud eum causam obtinuerit: VII 37, 4.

b) = quod iuri et legibus respondet, legitimus: (et honesti ⟨honestissimi *Paul*⟩ ex iuuentute et cuiusque ⟨iustae *Paul*⟩ aetatis amplissimi ⟨*c*⟩ . . . naues conscenderant: 2, 5, 5;) ¶ si antiquissimum quodque tempus spectari oporteret, populi Romani iustissimum esse in Gallia imperium: I 45, 3.

B. trsl.; a) = quod consuetudini et mori respondet: sic deinceps omne opus contexitur, dum iusta ⟨iuxta *AQ*⟩ muri altitudo expleatur ⟨*c*⟩: VII 23, 4; ¶ (funus: VI 19, 4 *u.* **2.**;) ¶ *eodem die castra mouet iustumque iter conficit: 1, 23, 5; confecto iusto itinere eius diei . . . consedit: 3, 76, 1.

b) = grauis, idoneus: cum ⟨*c*⟩ neque aditum neque causam postulandi iustam haberet: I 43, 5; docebat ⟨*c*⟩ etiam, quam ueteres quamque iustae causae necessitudinis ipsis cum Haeduis intercederent: I 43, 6; multis de causis . . ., quarum illa fuit iustissima, quod . . . suis quoque rebus eos timere uoluit: IV 16, 1.

c) = meritus: ut, qui aliquid ⟨aliqui *x*⟩ iusti ⟨uicti *Ohl*⟩ incommodi exspectauissent, ultro praemium missionis ferrent: 1, 86, 1.

2. ui subst.: serui et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funebribus ⟨*Lips.; Schn.*; funeribus *X; rell. edd.*⟩ confectis una cremabantur: VI 19, 4.

iuuentus: omnis iuuentus, omnes etiam grauioris aetatis . . . eo conuenerant: III 16, 2; — facile erat . . . prospicere in urbem, ut omnis iuuentus, quae in oppido remanserat, omnesque superioris aetatis . . . ad caelum manus tenderent aut templa deorum immortalium adirent et ante simulacra proiecti uictoriam ab dis exposcerent ⟨*u. CC*⟩: 2, 5, 3; ¶ ea (latrocinia) iuuentutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant: VI 23, 6; ¶ multa praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de deorum immortalium ⟨*c*⟩ ui ⟨*c*⟩ ac potestate disputant et iuuentuti tradunt: VI 14, 6; ¶ et honesti ex iuuentute et cuiusque aetatis amplissimi ⟨*c*⟩ nominatim euocati atque obsecrati naues conscenderant ⟨*u. CC*⟩: 2, 5, 5.

iuuo. **A. alqm:** (se debere) neutrum eorum contra alterum iuuare: 1, 35, 5.

B. alqm alqa re: orabant ⟨*c*⟩, ut se in seruitutem receptos cibo iuuarent: VII 78, 4; ¶ ut neque pedestri itinere neque nauibus commeatu iuuari (illi) possint: 2, 32, 12; ¶ frumento: II 3, 3 *u.* rebus; petit ab his omnibus, ut se frumento iuuent: 1, 60, 3; ¶ Petraeus ⟨*c*⟩ . . . suis ac suorum opibus Caesarem enixe iuuabat: 3, 35, 2; ¶ ad Lingonas . . . misit, ne eos frumento neue alia re iuuarent: I 26, 6; paratosque (se) esse et obsides dare et imperata facere et oppidis recipere (Romanos, *an* Caesarem?) et frumento ceterisque rebus iuuare: II 3, 3; cunctae earum regionum praefecturae libentissimis animis eum recipiunt exercitumque eius omnibus rebus iuuant: 1, 15, 1; conuentus ciuium Romanorum . . . Antonium recipit ⟨recepit *f*⟩ omnibusque rebus iuuit ⟨luit *a*; iuit h^1⟩: 3, 29, 1.

deorum numero (Germani) eos solos ducunt, . . . quorum aperte opibus iuuantur: VI 21, 2.

C. intellegendum est obiect.: ne eos frumento neue alia re iuuarent; qui ⟨*CC*⟩ si iuuis-

sent, se eodem loco quo Heluetios habiturum: I 26, 6; *cf.* **B.** rebus II 3, 3; ¶ quod spatii breuitate ⟨*Madu.;* breuitas *codd.; edd.*⟩ etiam in fugam coniectis aduersariis non multum ad summam uictoria ⟨*Madu.;* uictoriae *codd.; edd.*⟩ iuuare poterat: 1, 82, 3.

iuxta. **1. aduerb.:** septimam legionem, quae iuxta constiterat, item urgeri ab hoste: II 26, 1.

2. praep.: M. Coelius Rufus praetor . . . tribunal suum iuxta C. Trebonii, praetoris urbani, sellam conlocauit: 3, 20, 1; — castra secundum mare . . . iuxta Pompeium muniri ⟨*c*⟩ iussit ⟨*u. CC*⟩: 3, 65, 4; — ad oppidum constitit iuxtaque murum castra posuit: 1, 16, 4; ad Pompeium peruenit iuxtaque eum castra posuit: 3, 41, 1.

K

Kal.: is dies erat a. d. V. Kal. April. L. Pisone, A. Gabinio consulibus: I 6, 4; (his litteris Kal. Ian. in curia consulibus redditis ⟨*sic Vielh.*⟩: 1, 1, 1;) XV. Kal. Maias ex itinere: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2.

L

L. = Lucius. *Si fides habenda est editoribus, codices plurimis (18 (uel 19) B. Gallici locis omnes plene scriptum habent hoc praenomen, omnibus fere B. Ciuilis locis (40 (uel 41) numero) per notam scriptum. Compendio notatum uidetur in X* I 6, 4; 7, 4; 12, 5. 7 *(bis);* 21, 4; 23, 2; VII 47, 7 *(sed hoc loco in α exstat* labius *pro* L. Fabius;) *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; *praeterea errore* I 35, 4 *pro* M. — Lucii *inueniri in a* 3, 96, 1 *dicit Np.* — Lucius *(plene scriptum) est in α, omissum praenomen in* β IV 22, 5 *et* V 37, 5; Lucio *in* β, *om. in α* V 1, 1. (Lutio *inuenitur in A* VII 65, 1, *in h* V 1, 1; — 1, 13, 4 *errore leuissimo* sl. *pro* l. *scriptum esse in codd. uix dignum est, quod commemoretur.*

Additum est praenomen L. *his nominibus*: Aemilius I 23, 2; Afranius 1, 37, 1; 3, 83, 2; Aurunculeius Cotta II 11, 3; IV 22, 5 ⟨*c*⟩; 38, 3; V 24, 5; 28, 3; 35, 8; 37, 4; Basilus *u.* Minucius; Caecilius Rufus 1, 23, 2; Caesar VII 65, 1; — 1, 8, 2; 2, 23, 3; Canuleius 3, 42, 3; Cassius I 7, 4; 12, 5; Cassius Longinus 3, 34, 2; Cotta *u.* Aurunculeius; Decidius Saxa 1, 66, 3; Domitius V 1, 1 ⟨*c*⟩; 1, 6, 5; 20, 4. 5; 23, 2; 56, 1; 2, 3, 1; 22, 2; 32, 8; 3, 83, 3; 99, 4; Fabius VII 47, 7 ⟨*c*⟩; 50, 3; Flaccus *u.* Valerius; (Labienus I 22, 1;) Lentulus 1, 1, 2; 2, 5; 3, 96, 1; 102, 7; 104, 3; Longinus *u.* Cassius; Lucceius 3, 18, 3; Mallius ⟨*c*⟩ III 20, 1; Manlius 1, 24, 3; Metellus 1, 33, 3; Minucius Basilus VI 29, 4; VII 90, 5; Munatius Plancus V 24, 3; 25, 4; 1, 40, 5; Nasidius 2, 3, 1; 4, 4; Petrosidius V 37, 5 ⟨*c*⟩; Piso I 12, 7; — I 6, 4; 12, 7; 1, 3, 6; — (I 35, 4;) Plancus *u.* Munatius; Praeconinus *u.* Valerius; Pupius 1, 13, 4 ⟨*c*⟩; Roscius V 24, 2. 7; 53, 6; 1, 3, 6; Rubrius 1, 23, 2; Rufus *u.* Caecilius *et* Vibullius; Saxa *u.* Decidius; Septimius 3, 104, 2; (Sertorius 1, 61, 3;) Staberius 3, 12, 1; Sulla I 21, 4; 1, 5, 1; *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; Tiburtius 3, 19, 6; Torquatus 3, 11, 3; Valerius Flaccus 3, 53, 2; Valerius Praeconinus III 20, 1; Vibullius Rufus 1, 38, 1; 3, 10, 1; Vorenus V 44, 1.

L *u.* **quinquaginta.**

Labeates: ne occasionem nauigandi dimitterent, siue ⟨si uel *Hotom.; Np.*⟩ ad litora Apolloniatium siue ad Labeatium ⟨siue ad Lab. *add. F. Hofm.; om. codd.; Np.*⟩ cursum derigere atque eo naues eicere ⟨*c*⟩ possent ⟨*u. CC*⟩: 3, 25, 4.

labefacio: Massilienses . . . deiecta turri, labefacta magna parte muri, . . . sese dedere . . . constituunt: 2, 22, 1.

Laberius: eo die Q. Laberius ⟨labienus β; *Oros.*⟩ Durus, tribunus militum, interficitur: V 15, 5.

T. (Atius?) Labienus: ei munitioni, quam fecerat, T. ⟨*om. a*⟩ Labienum legatum praefecit: I 10, 3; de tertia uigilia T. Labienum legatum pro praetore cum duabus legionibus et his ⟨*CC*⟩ ducibus . . . summum iugum montis ascendere iubet . . .: I 21, 2; prima luce, cum summus mons a ⟨lucio (l. *Q*) *add. codd.; del. Np.;* T. *pr. edd.*⟩ Labieno teneretur, . . . neque . . . aut ipsius aduentus aut Labieni cognitus esset, Considius . . . accurrit, dicit montem, quem a Labieno occupari uoluerit, ab hostibus teneri: I 22, 1. 2; Labienus, ut erat ei praeceptum a Caesare, ne proelium committeret, nisi ipsius copiae . . . uisae essent, . . . monte occupato nostros exspectabat proelioque

abstinebat: I 22, 3; *cf.* § 4; hibernis Labienum praeposuit: I 54, 3; crebri ad eum rumores adferebantur litterisque item Labieni certior fiebat . . .: II 1, 1; T. ⟨*om.* β⟩ Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit: II 11, 3; *cf. qu. sqq.;* T. ⟨*om. h*⟩ Labienus castris hostium potitus et ex loco superiore quae res in nostris castris ⟨*o*⟩ gererentur conspicatus decimam legionem subsidio nostris misit: II 26, 4; T. Labienum legatum in Treueros . . . cum equitatu mittit: III 11, 1; *cf.* § 2; Caesar postero die T. Labienum legatum . . . in Morinos, qui rebellionem fecerant, misit. qui . . . omnes ⟨*c*⟩ fere ⟨*c*⟩ in potestatem Labieni peruenerunt ⟨*c*⟩: IV 38, 1. 2; his rebus gestis Labieno in continenti ⟨*c*⟩ . . . relicto, ut portus tueretur et rem ⟨*c*⟩ frumentariam ⟨*c*⟩ prouideret quaeque in Gallia gererentur ⟨*c*⟩ cognosceret consiliumque pro tempore et pro re caperet, . . . naues soluit: V 8, 1. (2;) Labieno scribit, ut quam plurimas possit ⟨*c*⟩ iis legionibus, quae sint ⟨*c*⟩ apud eum, naues instituat: V 11, 4; uti . . . ex iis ⟨*c*⟩ (nauibus) . . ., quas postea Labienus ⟨lauienus α⟩ faciendas curauerat numero LX, perpaucae locum caperent: V 23, 4; quartam (legionem) in Remis cum T. Labieno in confinio Treuerorum hiemare iussit: V 24, 2; uelintne . . . milites aut ⟨*c*⟩ ad Ciceronem aut ad Labienum ⟨-onum A^1⟩ deducere, quorum alter . . .: V 27, 9; pauci . . . elapsi ⟨*c*⟩ incertis itineribus per siluas ad T. Labienum legatum in hiberna perueniunt atque eum de rebus gestis certiorem faciunt: V 37, 7; scribit Labieno, si rei publicae commodo facere possit ⟨*c*⟩, cum legione ad fines Neruiorum ueniat: V 46, 4; Labienus interitu Sabini et ⟨*c*⟩ caede cohortium cognita, cum omnes ad eum Treuerorum copiae uenissent ⟨*c*⟩, ueritus, ne, si ⟨*c*⟩ ex hibernis fugae similem profectionem fecisset, hostium impetum sustinere non posset, praesertim quos recenti uictoria efferri sciret, litteras Caesari remittit ⟨*c*⟩, quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset; rem gestam in Eburonibus perscribit, docet . . .: V 47, 4. 5; interim ad Labienum per Remos incredibili celeritate de uictoria Caesaris fama perfertur, ut, cum ab hibernis Ciceronis milia passuum abesset ⟨*o*⟩ circiter ⟨*c*⟩ LX . . ., ante mediam noctem ad portas castrorum clamor oreretur ⟨*c*⟩, quo clamore significatio uictoriae gratulatioque ab Remis Labieno fieret: V 53, 1; qui (Indutiomarus) postero die castra Labieni oppugnare decreuerat: V 53, 2; (pronuntiat se) castra Labieni oppugnaturum: V 56, 5; Labienus, cum . . . munitissimis castris sese teneret, de suo ac legionis periculo nihil timebat, ne quam occasionem rei bene gerendae dimitteret cogitabat. itaque . . .: V 57, 1(—3); Labienus suos intra munitionem continebat timorisque opinionem quibuscumque poterat rebus augebat: V 57, 4; *cf. qu. sqq.;* subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit: V 58, 4; *cf. qu. sqq.;* totius exercitus impedimenta ad Labienum in Treueros ⟨*u. CC*⟩ mittit duasque ad eum legiones ⟨*o*⟩ proficisci iubet: VI 5, 6; Treueri magnis coactis . . . copiis Labienum . . . adoriri parabant: VI 7, 1; *cf.* § 2; Labienus hostium cognito consilio sperans . . . fore aliquam dimicandi facultatem praesidio ⟨*o*⟩ quinque cohortium impedimentis relicto . . . contra hostem proficiscitur et . . . castra communit: VI 7, 4; erat inter Labienum atque hostem difficili transitu flumen: VI 7, 5; *cf.* § 5. 6; Labienus noctu ⟨*c*⟩ tribunis militum primisque ordinibus conuocatis ⟨*c*⟩ quid sui sit ⟨*o*⟩ consilii proponit: VI 7, 8; *cf. qu. sqq.;* quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, eadem usus simulatione itineris placide progrediebatur: VI 8, 2; *cf.* § 3—5; quos Labienus equitatu consectatus magno numero interfecto, compluribus captis paucis post diebus ciuitatem recepit ⟨*c*⟩: VI 8, 7; partito exercitu T. Labienum . . . in eas partes, quae Menapios attingunt, proficisci iubet: VI 33, 1; Labienum Treboniumque hortatur, si rei publicae commodo facere possint, ad eam ⟨*c*⟩ diem reuertantur, ut . . .: VI 33, 5; quattuor legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit: VII 34, 2; quod abiuncto ⟨*c*⟩ Labieno atque iis legionibus, quas una miserat, uehementer timebat: VII 56, 2; Labienus eo supplemento, quod nuper ex Italia uenerat, relicto Agedinci, . . . cum IIII legionibus Lutetiam proficiscitur: VII 57, 1; *cf.* § 2; Labienus primo uineas agere, cratibus atque aggere paludem explere atque iter munire conabatur: VII 58, 1; *cf.* § 2—5; e regione Lutetiae contra Labieni castra considunt: VII 58, 6; tum ⟨*c*⟩ Labienus tanta rerum commutatione longe aliud sibi capiendum consilium atque antea senserat intellegebat . . .: VII 59, 3; *cf.* 59, 4 — 60, 4; 61, 2; reliquas copias contra Labienum duxerunt: VII 61, 5; Labienus milites cohortatus . . . dat signum proelii: VII 62, 2; ii ⟨*c*⟩, qui in ⟨*c*⟩ praesidio contra castra Labieni ⟨β; contra labienum α⟩ erant relicti, . . . subsidio suis ierunt: VII 62, 8; hoc negotio confecto Labienus reuertitur Agedincum, ubi impedimenta totius exercitus relicta erant; inde . . . ad Caesarem peruenit: VII 62, 10; Caesar Labienum cum cohortibus ⟨*o*⟩ sex subsidio

laborantibus mittit; imperat . . .: VII 86, 1. 2; repulsis hostibus eo, quo Labienum miserat, contendit: VII 87, 3; Labienus . . . coactis † una de XL cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem per nuntios facit certiorem, quid faciendum existimet: VII 87, 5; T. ⟨*om.* β⟩ Labienum cum duabus ⟨*o*⟩ legionibus et equitatu in Sequanos proficisci iubet; huic M. ⟨*c*⟩ Sempronium Rutilum attribuit: VII 90, 4; etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat suaque pecunia exaedificauerat, ad eum legati ueniunt: 1, 15, 2; perterrito etiam tum exercitu princeps Labienus procedit iuratque se eum non deserturum eundemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset: 3, 13, 3; qua ex frequentia T. Labienus prodit; † summissa oratione loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit: 3, 19, 5; tum Labienus: desinite ergo de compositione loqui; nam nobis nisi Caesaris capite relato pax esse nulla potest: 3, 19, 7; at Labienus ⟨ad labienum *z*⟩, cum ab eo impetrauisset, ut sibi captiuos tradi iuberet, omnes productos ⟨*o*⟩ ostentationis, ut uidebatur, causa, quo maior perfugae fides haberetur, commilitones appellans et magna uerborum contumelia interrogans, solerentne ueterani milites fugere, in omnium conspectu interfecit: 3, 71, 4; hunc Labienus excepit et, cum Caesaris copias despiceret, Pompei consilium summis laudibus efferret, . . inquit . . .: 3, 87, 1(—6).

[**Falso** V 15, 5 *u.* **Laberius**.]

lābor. **A. propr.**: cupas taeda ac pice refertas incendunt easque . . . in musculum deuoluunt. inuolutae ⟨*CC*⟩ labuntur, delapsae . . . longuriis furcisque ab opere remouentur: 2, 11, 2.

B. trsl.; a): hac spe lapsus Indutiomarus nihilo minus copias cogere . . . coepit: V 55, 3.

b): ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur: V 3, 6.

(**c)**: pauci ex proelio elapsi ⟨β; lapsi α; *Np.*⟩ . . . ad T. Labienum legatum . . . perueniunt: V 37, 7.**)**

lăbor. **A.** = πόνος; **a) subi.**: ubi tantos suos labores et apparatus male cecidisse uiderunt: 2, 15, 1; ¶ operum magnitudo et continens omnium dierum labor . . . perficiendi spatium non dabat: 3, 63, 4; ¶ deesse: *ap. Gell.* XIII 3 *u.* **e)** δ); ¶ ita multorum mensium ⟨*c*⟩ labor hostium perfidia et ui tempestatis puncto temporis interiit: 2, 14, 4.

b) obi.: puteos fodere cogebantur atque hunc laborem ad cotidiana opera addebant: 3, 49, 5; ¶ consumere: III 14, 1 *u.* sumere; ¶ ipse . . . in nauibus excubans neque ullum laborem aut munus despiciens: 3, 8, 4; ¶ ferre *u.* **fero** *p. 1290 (6 loc.)*; ¶ ut . . . sibi quisque etiam poenae loco grauiores imponeret labores: 3, 74, 2; ¶ (insumere: III 14, 1 *u.* sumere;) ¶ non intermisso remigandi labore longarum nauium cursum adaequarunt ⟨*c*⟩: V 8, 4; ¶ sed hunc laborem recusabat nemo, quod eum omnium laborum finem fore existimabant, si hostem Hibero intercludere . . . potuissent: 1, 68, 3; ¶ hunc . . . locum probarat ⟨*c*⟩, . . quod superioris anni munitiones integrae manebant, ut militum laborem subleuaret: VI 32, 5; ¶ intellexit frustra tantum laborem sumi ⟨consumi *uel* insumi *Paul*⟩: III 14, 1; ¶ ut spe consequendi inlata atque infinito labore suscepto . . . paene naturam studio uincerent: VI 43, 5; Pompeius primi diei mora inlata et reliquorum dierum frustra labore suscepto . . . finem sequendi fecit: 3, 77, 3.

c) dat.: deesse *u.* **e)** δ); ¶ ne labori suo neu periculo parceret: 1, 64, 3; ¶ a paruis ⟨*c*⟩ labori ac duritiae student: VI 21, 3; ¶ cohortatur, ne labori succumbant: VII 86, 3.

d) genet.; α): diuturni laboris detrimentum ⟨-to *hl*⟩ sollertia et uirtute militum breui reconciliatur ⟨reconcinnatur *Ald.*⟩: 2, 15, 4; ¶ Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant: VII 85, 3; 1, 68, 3 *u.* **b)** recusare; quoniam prope ad finem laborum ac periculorum esset peruentum: 3, 6, 1; ¶ sui laboris milites semper euentu belli praemia petiuerunt: 2, 32, 10; ¶ cum laboris sui periculi*que* testimonium adferre uellent: 3, 53, 4.

β): nemo erat adeo tardus aut fugiens laboris, quin: 1, 69, 3; ¶ sic sunt animo consternati ⟨confirmati *Np.*⟩ homines insueti laboris, ut: VII 30, 4.

γ): etsi res erat multae operae ac laboris: V 11, 5.

e) abl.; α) causae: confectus labore *u.* **conficio** *p. 642* C. *(4 loc.)*; ¶ nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent ⟨fuissent?⟩ defessi: VII 88, 6; totius diei pugna atque itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt: 1, 65, 5; ¶ et Cenabensi ⟨*c*⟩ caede et labore operis incitati non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt: VII 28, 4; ¶ adhortatus milites, ne necessario tempore itineris labore permoueantur: VII 40, 4; ne grauius permoti milites et defectionis odio et contemp-

tione ⟨*o*⟩ sui et diutino labore omnes puberes interficerent: 2, 13, 3.

uti autem ipsos ualetudine non bona cum angustiis loci et odore taetro ex multitudine cadauerum et cotidianis laboribus insuetos operum, tum: 3, 49, 3.

β) instr.: se superiore anno ... labore et patientia maximum bellum confecisse: 3, 47, 6; ¶ summo labore militum Caesar continuato diem noctemque opere in flumine auertendo huc iam deduxerat ⟨*Achill. Stat.*; redux. *codd.*; *edd.*⟩ rem, ut: 1, 62, 1; ¶ cum crebro ⟨*o*⟩ integri defessis succederent nostrosque adsiduo labore defatigarent: VII 41, 2; ¶ hos (uros) studiose foueis captos interficiunt. hoc se labore durant adulescentes: VI 28, 3; ¶ quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant: V 19, 3; ¶ si paruo labore magnas controuersias tollere atque omnem Italiam metu liberare possint: 1, 9, 1; ¶ discussa ⟨*c*⟩ niue sex ⟨*o*⟩ in altitudinem ⟨*c*⟩ pedum atque ita uiis patefactis summo militum sudore ⟨labore β; *Schn.*; sudore ac labore *Oud.*⟩ ad fines Aruernorum peruenit: VII 8, 2; ¶ (reducere: 1, 62, 1 *u.* deducere;) ¶ uiderunt ea, quae diu longoque spatio refici non posse sperassent, paucorum dierum opera et labore ita refecta, ut: 2, 16, 1; ¶ tamen continenti labore omnia haec superauerunt et ... aggerem ... exstruxerunt: VII 24, 1; labore et perseuerantia nautarum [et] uim tempestatis superari posse sperabat: 3, 26, 3; ¶ tollere: 1, 9, 1 *u.* liberare; ¶ labore et multitudine telorum nostros uicit: 3, 40, 2.

γ) modi: VII 8, 2 *u.* **β)** patefacere; 1, 62, 1 *ib.* deducere.

δ) limitat.: equidem ⟨et quidem *Non.*⟩ mihi uideor ⟨uidetur *Non.*⟩ pro nostra ⟨*om. Non.*⟩ necessitate non labore, non opera, non industria defuisse ⟨... uidetur ... non labor ... *uel* uideor ... non labori, non operae *Quicherat*⟩: *ap. Gell.* XIII 3; *cf. Non. p. 354.*

𝔣) c. praep.; α) ab: ut reliquum tempus a ⟨*om. f*⟩ labore intermitteretur: 1, 32, 1; ¶ quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat: III 17, 4; ¶¶ quae (cohortes) praesidio castris relictae intritae ⟨*ik*; interritae *X*; integrae *f*⟩ ab labore erant: III 26, 2.

β) ad: adhortatus ad laborem milites ⟨mil. ad lab. β⟩ (Alesiam) circumuallare instituit: VII 68, 3; ¶ ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis: V 11, 6; nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: V 40, 5; ¶¶ ut ... insolitum ad laborem Pompei exercitum cotidianis itineribus ⟨laboribus *N*⟩ defatigaret: 3, 85, 2; ¶ ad omnem laborem animo parati imperio paruerunt: 3, 95, 1.

γ) ex: paulisper intermitterent proelium ... seque ex labore reficerent ⟨reciperent a^1⟩: III 5, 3; militesque ex nocturno labore sese reficere iussit: VII 83, 7; — exercitum ex labore atque inopia reficit ⟨*c*⟩: VII 32, 1; ¶¶ grauiore morbo ex frigore ac labore implicitus: 3, 18, 1; ¶¶ cum alius discessisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti se dedisset: 2, 14, 1.

δ) in labore: in labore pari ac periculo ne unus omnes antecederet: 3, 82, 5.

ε) pro: aliquando pro tantis laboribus fructum uictoriae perciperent: VII 27, 2.

ζ) sine: quaecumque bella geri uellet, sine ullo eius labore et periculo (se) confecturum: I 44, 13.

B. = facultas laboris perferendi: quae (iumenta) sunt apud eos nata, parua ⟨*c*⟩ atque deformia, haec cotidiana exercitatione summi ut sint laboris efficiunt: IV 2, 2.

(C. = **opus**: labor interiit: 2, 14, 4 *u.* **A. a)** interire.)

Labores et apparatus: 2, 15, 1; labor ac duritia: VI 21, 3; frigus ac l.: 3, 18, 1; l., opera, industria: *ap. Gell.* XIII 3; l. atque inopia: VII 32, 1; l. atque iter: V 19, 3; l. aut munus: 3, 8, 4; opera (ac, et) l.: V 11, 5; 2, 16, 1; *cf. supra* industria; l. et patientia: 3, 47, 6; labor(es) .. periculum (-a): I 44, 13; 1, 64, 3; 3, 6, 1; 53, 4; 82, 5; labor et perseuerantia: 3, 26, 3.

Labor belli aut fugae: VI 31, 5; l. itineris: VII 40, 4; 1, 65, 5; 3, 106, 2; l. operis: VII 20, 11; 28, 4; remigandi l.: V 8, 4; ¶ **labor omnium** (paucorum, reliquorum) **dierum**: 2, 16, 1; 3, 63, 4; 77, 3; totius diei l.: VII 88, 6; (1, 65, 5?) 3, 97, 4; multorum mensium l.: 2, 14, 4.

Adiect.: adsiduus: VII 41, 2; continens: VII 24, 1; 3, 63, 4; 97, 4; cotidianus (-i): III 17, 4; 3, 49, 3; diutinus: 2, 13, 3; 14, 1; diuturnus: 2, 15, 4; grauiores: 3, 74, 2; infinitus: VI 43, 5; multus: V 11, 5; nocturnus: VII 83, 7; omnis: 3, 95, 1; omnes: VII 85, 3; 1, 68, 3; par: 3, 82, 5; paruus: 1, 9, 1; summus: IV 2, 2; VII 8, 2 ⟨*c*⟩; 1, 62, 1; tantus (-i): III 14, 1; VII 27, 2; 2, 15, 1; ullus: I 44, 13; 3, 8, 4.

laboro. **A. = id agere, ut**: nec minus, quam est pollicitus, Vercingetorix animo laborabat, ut reliquas ciuitates adiungeret: VII

31, 1; non minus se id contendere et laborare, ne ea, quae dixissent, enuntiarentur, quam uti . . . impetrarent: I 31, 2.

B. = premi, in periculo uersari; a) absol.; α) uerb. finit.: si qua in parte nostri laborare aut grauius premi uidebantur: VII 67, 4; — illae (naues) adeo grauiter inter se incitatae conflixerunt, ut uehementissime utraque ex concursu laborarent, altera uero . . . tota conlabefieret: 2, 6, 5; ¶ maxime ad superiores munitiones laboratur: VII 85, 4.

β) particip.: cum uallis . . . suberat neque ii, qui antecesserant, morantibus ⟨**laborantibus** *Ciacc.*⟩ opem ferre poterant: 1, 79, 3; ¶ tertiam aciem ⟨*c*⟩ laborantibus nostris subsidio misit: I 52, 7; VII 85, 1 *u.* summittere; Caesar Labienum cum cohortibus sex ⟨*o*⟩ subsidio laborantibus mittit: VII 86, 1; ¶ succurrit inimicus illi Vorenus et laboranti subuenit: V 44, 9; ¶ undique suis laborantibus succurrebant: 2, 6, 2; ¶ laborantibus iam suis ⟨suos *M*⟩ Germanos equites circiter CCCC summittit: VII 13, 1; laborantibus nostris Caesar Germanos summittit: VII 70, 2; Caesar . . . laborantibus summittit ⟨subsidium summ. *N;* subsidia mittit *Ciacc.;* auxilium summittit *DEk*⟩: VII 85, 1; Marcellinus *** cohortes subsidio nostris laborantibus submittit ⟨submisit *f*⟩ ex castris: 3, 64, 1; — quos laborantes conspexerat, his subsidia submittebat: IV 26, 4; ¶ ut neque subsidia ab lateribus submitti neque equites laborantibus usui esse possent: 1, 45, 4.

b) ab, ex re: ne ab re frumentaria duris subuectionibus laboraret: VII 10, 1; illi omnia perpeti parati maxime a re frumentaria laborabant: 3, 9, 5; ¶¶ quos ex aere alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat: 3, 22, 1.

labrum. A. propr.: capilloque (Britanni) sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum ⟨et labr. *del. Hartx*⟩ superius: V 14, 3.

B. trsl.: ut eius fossae ⟨*c*⟩ solum tantundem pateret, quantum summae fossae ⟨summa (*om.* fossae) β; summa fossae *Schn.*⟩ labra distarent ⟨distabant β⟩: VII 72, 1; ¶ haec (cornua) studiose conquisita ab labris argento circumcludunt: VI 28, 6.

lac: genus radicis . . ., quod appellatur chara, quod admixtum ⟨mixtum *l pr.;* admixto *Paul*⟩ lacte ⟨*Ohl; Np., Dt.;* lacti *af; Db.*⟩ multum inopiam leuabat: 3, 48, 1; — neque multum frumento, sed maximam partem lacte atque pecore uiuunt: IV 1, 8; interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne uiuunt: V 14, 2; ¶ agri culturae non student, maiorque pars eorum uictus in lacte, caseo, ⟨et caseo et β⟩ carne ⟨carneque *Aim.*⟩ consistit: VI 22, 1.

Lacedaemon: sagittarios Creta, Lacedaemone ⟨-demonia *f*⟩, ex Ponto atque Syria reliquisque ciuitatibus III milia ⟨*c*⟩ numero habebat: 3, 4, 3.

(**lacer:** lacer an laceris? ut tener, puer. . . . quod ita dici debere et Caesar de analogia libro II. nec non et Valgius . . . disputant: *Charis. art. gramm. I p. 135 Keil.*)

lacesso. Lacescere *scriptum est in* α VII 59, 4; *in A* IV 11, 6; *in B* V 17, 1; *in a* IV 34, 2.

A. alqm: rarique (hostes) se ostendere et lenius ⟨lentius β⟩ quam pridie nostros equites proelio lacessere coeperunt: V 17, 1; ¶ hostes *u.* **hostis** *p. 1531 sq. (3 loc.);* ¶¶ Germanos neque priores populo Romano bellum inferre neque tamen recusare, si lacessantur, quin armis contendant: IV 7, 3; — neue Haeduos iniuria lacesseret neue his sociisque eorum bellum inferret: I 35, 3; ¶¶ si ipsi (praefecti et equitatus) lacesserentur, sustinerent: IV 11, 6; haec prius illi (Ambiorigi) detrahenda auxilia existimabat quam ipsum bello ⟨bellum *BM*⟩ lacesseret: VI 5, 5; — Heluetii . . . nouissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt: I 15, 3; Heluetii . . . nostros a nouissimo agmine insequi ac lacessere coeperunt: I 23, 3.

B. sine obiect.: (ad lacessendum hostem ⟨*add.* β; *om.* α; *edd.*⟩ et ad ⟨*c*⟩ committendum proelium alienum esse tempus arbitratus: IV 34, 2;) ¶ Afranius Petreiusque terrendi causa . . . copias suas . . . producunt et proelio lacessunt: 1, 42, 2; isdem de causis Caesar . . . proelio ⟨amplius *add. O*⟩ non lacessit: 1, 81, 2; constituerat signa inferentibus resistere ⟨desistere *z*⟩, prior proelio non lacessere: 1, 82, 5.

lacrima: hi neque uultum fingere neque interdum lacrimas tenere poterant: I 39, 4; ¶ Diuiciacus multis cum lacrimis Caesarem complexus obsecrare coepit: I 20, 1.

lacrimo: Litauiccus . . . conuocatis subito militibus lacrimans Quo proficiscimur, inquit, milites? VII 38, 1.

lacus: (continentur Heluetii ex parte tertia) lacu Lemanno et flumine Rhodano: I 2, 3; ¶ a lacu Lemanno, qui ⟨qua *Hot.; u. CC*⟩ in flumen Rhodanum influit, ad montem Iuram . . . murum . . . perducit: I 8, 1; qui (Nantuates, Veragri, Seduni) a ⟨*c*⟩ finibus

Allobrogum et lacu Lemanno et flumine Rhodano ad summas Alpes pertinent: III 1, 1.

laedo: neque ab se fidem laesam: VI 9, 6; cum Varus suam fidem ab eo (Iuba) laedi quereretur: 2, 44, 2.

Laelianus: Vatinius ... tectis instructisque scaphis elicuit naues Laelianas: 3, 100, 2; *cf. qu. sqq.*

D. Laelius: praeerat Aegyptiis nauibus Pompeius filius, Asiaticis D. Laelius ⟨lebus *h*⟩ et C. Triarius: 3, 5, 3; erant ⟨*c*⟩ Orici Lucretius Vespillo ⟨*c*⟩ et Minucius Rufus cum Asiaticis nauibus XVIII, quibus iussu D. Laelii praeerant ⟨*c*⟩: 3, 7, 1; hoc confecto negotio (Pompeius filius) D. Laelium ab Asiatica classe abductum reliquit, qui commeatus Byllide ⟨*c*⟩ atque Amantia ⟨*c*⟩ importari in oppidum prohibebat ⟨prohibeat *Np.*⟩: 3, 40, 5; eodem tempore D. Laelius cum classe ad Brundisium uenit eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstrauimus, insulam obiectam portui Brundisino tenuit: 3, 100, 1; *cf.* § 2; Laelius tempore anni commodiore usus ad nauigandum onerariis nauibus Corcyra Dyrrachioque aquam suis supportabat neque a proposito deterrebatur neque ante proelium in Thessalia factum cognitum aut ignominia ⟨*c*⟩ amissarum nauium aut necessariarum rerum inopia ex portu insulaque expelli potuit: 3, 100, 3. 4.

(**laetatio:** V 52, 6 *u.* **laetitia** A. *Cf. ZG. 1886, JB. p. 286.*)

laetitia. A. obi.: quod beneficio deorum ... expiato incommodo neque hostibus diutina laetitia ⟨β; laetatio α; *edd.*⟩ neque ipsis longior dolor relinquatur: V 52, 6.

B. abl.: ille perlectam (epistulam) in conuentu militum recitat maximaque omnes laetitia adficit: V 48, 9; ¶ erant plena laetitia et gratulatione omnia, **et* eorum, qui tanta pericula uitasse, et eorum, qui sine uulnere tantas res confecisse uidebantur: 1, 74, 7; ¶ haec tum ⟨*Madu.;* cum *codd.; edd.*⟩ facta sunt in consilio, magnaque ⟨*Madu.;* magna *codd.; edd.*⟩ spe et laetitia omnium discessum est: 3, 87, 7.

C. c. praep.: fit ⟨*c*⟩ gratulatio inter eos, atque omnium animi ad laetitiam excitantur: VII 79, 3.

laetus: qua re concessa laeti ut explorata uictoria ... ad castra pergunt (Galli): III 18, 8; Afraniani milites uisendi causa laeti ⟨loci *O*⟩ ex castris procurrebant: 1, 69, 1.

(**laeuus:** cum se illi identidem in siluas ad suos reciperent ac rursus ex silua ⟨laeua β⟩ in nostros impetum facerent: II 19, 5.)

lamina: tigna bipedalia iniciunt eaque laminis clauisque religant: 2, 10, 3; ¶ (utuntur aut aere aut nummo aureo ⟨*c*⟩ aut taleis ⟨*af;* aliis *αh;* laminis *Faern.*⟩ ferreis ad certum pondus examinatis pro ⟨*c*⟩ nummo ⟨*c*⟩: V 12, 4.)

langueo: nostris languentibus atque animo remissis subito meridiano tempore ... portis se foras † rumpunt: 2, 14, 1.

languidus: neque uero ⟨*c*⟩ tam remisso ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieuerit: 1, 21, 5; ¶ cum ... hostes acrius instarent languidioribusque nostris uallum scindere et fossas complere coepissent: III 5, 1.

languide: suosque ⟨*c*⟩ languidius in opere uersari iussit: VII 27, 1.

(**languor:** omnia excogitantur, quare nec sine periculo maneatur et languore ⟨langore *BMQh*⟩ militum et uigiliis periculum augeatur ⟨*haec omnia del. Paul; u. CC*⟩: V 31, 5.)

lapis. A. subi.: et ab incendio lapis et ab ariete materia defendit: VII 23, 5.

B. obi.: lapides coicere *u.* **coicio** *p. 597 (4 loc.);* ¶ antecedebat testudo ... conuoluta ⟨*c*⟩ omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides ⟨lapidis *Ciacc.*⟩ defendi possent: 2, 2, 4; ¶ ubi circumiecta multitudine hominum totis moenibus undique in murum lapides iaci coepti sunt: II 6, 2; ¶ compluribus ⟨*b;* cum pluribus *Ox*⟩ iam lapidibus ex illa ⟨*c*⟩ quae suberat turri subductis ... pars eius turris concidit, pars reliqua consequens procumbebat: 2, 11, 4; ¶ cum ... auxiliares lapidibus telisque subministrandis ... speciem ... pugnantium praeberent: III 25, 1.

C. genet.: Trallibus in templo Victoriae ... palma per eos dies [in tecto] inter coagmenta lapidum ex pauimento exstitisse ostendebatur: 3, 105, 5; ¶ (lapidis iactus: 2, 2, 4 *u.* **B.** defendere;) ¶ multum autem ab ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, uiminea tegimenta ... defendebant: 3, 63, 7.

D. abl.: coria autem, ne rursus igni ac lapidibus corrumpantur, centonibus conteguntur: 2, 10, 6; ¶ ex omni parte lapidibus coniectis deturbati turrisque succensa est: V 43, 7; ¶ lapide ictus ex muro periit ⟨*c*⟩: 3, 22, 2; ¶ fundis, sagittis, lapidibus nostros de uallo proturbare ... parant: VII 81, 2.

laqueus: laqueis falces auertebant: VII 22, 2.

largior: his rebus (Dumnorigem) et suam rem familiarem auxisse et facultates ad largiendum ⟨largundum A^1⟩ magnas com-

parasse: I 18, 4; — Gallis . . prouinciarum ⟨*CC*⟩ propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus ⟨usum β⟩ largitur: VI 24, 5.

largiter: neque solum domi, sed etiam apud finitimas ciuitates (Dumnorigem) largiter posse: I 18, 6.

largitio. **A. obi.**: quae res apud milites largitiones auxit; magnis enim iacturis sibi quisque eorum animos conciliabat: 3, 112, 10; ¶ deductis . . . in hiberna legionibus maximas largitiones fecit: 3, 31, 4.

B. genet.: huc pauca ad spem largitionis addidit, quae ⟨quam *Paul*⟩ ab sua liberalitate, si se . . . secuti essent, exspectare deberent: 2, 28, 3.

C. abl.: ne qua aut largitionibus aut . . . falsis nuntiis commutatio fieret uoluntatis: 1, 21, 1; ¶ Lentulus aeris alieni magnitudine . . . et regum appellandorum largitionibus mouetur: 1, 4, 2; ¶ Dumnorix gratia et largitione apud Sequanos plurimum poterat: I 9, 3; ¶ largitione militum uoluntates redemit: 1, 39, 4.

Larinates: (Pompeius) per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium in Apuliam peruenit: 1, 23, 5.

Larisa: Scipio discessu exercituum ⟨*c*⟩ ab ⟨*c*⟩ Dyrrachio cognito Larisam ⟨*Oahl;* larissam *f*⟩ legiones adduxerat; Pompeius nondum Thessaliae adpropinquabat: 3, 80, 4; Pompeius . . . se ex castris eiecit protinusque equo citato Larisam ⟨larissam *af*⟩ contendit. neque ibi constitit, sed: 3, 96, 3; Pompeiani . . . diffisi ei loco relicto monte uniuersi iugis ⟨*Wassius;* iuris *x*⟩ eius Larisam ⟨larissam *af*⟩ uersus *se* recipere coeperunt: 3, 97, 2; eodemque die (Caesar) Larisam peruenit: 3, 98, 3.

Larisaei: nulla Thessaliae fuit ciuitas praeter Larisaeos ⟨larisā eos *ahl*⟩, qui magnis † exercitibus Scipionis tenebantur ⟨*u. CC*⟩, quin Caesari parerent ⟨*CC*⟩ atque imperata facerent: 3, 81, 2.

lassitudo: sperabat . . . fore, ut duplicato cursu Caesaris milites exanimarentur ⟨*c*⟩ et lassitudine conficerentur: 3, 92, 2; milites et animo perterriti et lassitudine confecti . . . de . . fuga . . . cogitabant: 3, 95, 3; — nostros uires lassitudine deficiebant: 2, 41, 7; L. Domitius ex castris in montem refugiens, cum uires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfectus: 3, 99, 4; — cursu ac lassitudine exanimatos uulneribusque ⟨*c*⟩ confectos Atrebates . . . compulerunt: II 23, 1; — ibi timore, lassitudine, ui fluminis oppressi perierunt: IV 15, 2.

latebra(e): ut . . . ille latebris aut ⟨ac *dk; Schn.;* siluis aut *add.* β; *Schn.*⟩ saltibus se eriperet et ⟨*c*⟩ noctu occultatus ⟨*c*⟩ alias regiones partesque peteret: VI 43, 6.

lateo: ubi prima impedimenta nostri exercitus ab iis, qui in siluis ⟨*AQM;* siluas B^1; *Frig.;* silua B^2β⟩ abditi latebant, uisa sunt: II 19, 6; ¶¶ ut nullum paulo fortius factum latere posset: III 14, 8.

later. **A. plur.**: quadratas regulas . . . defigunt, quae lateres, qui super musculo ⟨*P. Man.;* musculos *codd.; del. Np.*⟩ struantur, contineant: 2, 10, 4; — super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere possit ⟨*c*⟩: 2, 10, 6; ¶ eamque contabulationem summam lateribus lutoque constrauerunt ⟨castrauerunt *af*⟩, ne quid ignis hostium nocere posset, centonesque insuper iniecerunt: 2, 9, 3; — ita fastigate ⟨fastigato *x*⟩ atque ordinatim structo tecto ⟨*Oud.; om. codd.*⟩, ut trabes erant in capreolis conlocatae, lateribus ⟨*Of?; Aldus;* in lateribus *x*⟩ et ⟨*recc.; om. x*⟩ luto musculus ⟨-lis *af*⟩, ut ab igni . . . tutus esset, contegitur ⟨*u. CC*⟩: 2, 10, 5; — intra haec tegimenta abditi atque muniti parietes lateribus exstruebant: 2, 9, 6; — tigna item ut primo tecta extremis lateribus instruebant: 2, 9, 7; ¶ (cupae) delapsae ab ⟨*c*⟩ lateribus longuriis furcisque ab opere remouentur: 2, 11, 2; — super lateres: 2, 10, 6 *u. supra.*

B. sing. ui collect.: si ibi ⟨*c*⟩ pro castello ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent: 2, 8, 1.

laterculus *u.* **latericulus.**

latericius. **1. adiect.**: aggerem noui generis . . . ex latericiis duobus muris senum pedum crassitudine atque eorum murorum contignatione ⟨*c*⟩ facere instituerunt: 2, 15, 1; ¶ quem ⟨*c*⟩ (musculum) a turri latericia ad hostium turrim murumque perducerent: 2, 10, 1; musculus ex turri latericia a nostris . . . defenditur: 2, 11, 3; musculum turrimque latericiam libere incendunt: 2, 14, 4.

2. ui subst. latericium: centonesque insuper iniecerunt, ne . . . saxa ex catapultis latericium discuterent: 2, 9, 3.

latericulus: hanc super ⟨*coni. Np.;* insuper *codd.*⟩ contignationem, quantum tectum plutei ac uinearum passum est, latericulo ⟨laterculo *Kran.*⟩ adstruxerunt: 2, 9, 2.

Latinus: (consules, quod ante id tempus accidit numquam, ante Latinas indictas

⟨ante Lat. ind. (A. L. I.) *add. Hell.*⟩ ex urbe proficiscuntur: 1, 6, 7;**)** his rebus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiendis ⟨perfaciendis *af;* perficiundis *Nh*⟩ XI dies tribuit: 3, 2, 1.

(latito: communi enim ⟨*c*⟩ fit uitio naturae, ut inuisitatis ⟨*Elberl.;* inuisis latitatis *Nz;* inusitatis *Db.;* inprouisis *Freudenb.; Dt.;* inuisis latitantibus *O;* inuisis [latitatis] *Np.*⟩ atque incognitis rebus magis confidamus uehementiusque exterreamur: 2, 4, 4.**)**

latitudo. **A. propr. (τὸ εὖρος); (a) subi.:** fluminis erat altitudo pedum circiter ⟨*o*⟩ trium ⟨latitudo ped. circ. CCC *aut* altitudo ped. circ. XXIX *Ciacc.*⟩: II 18, 3.**)**

b) abl.: mediocri latitudine fossam ... obduci iussit: 3, 46, 1.

c) c. praep.; α) in latitudinem: Neruii ... teneris arboribus incisis atque inflexis ⟨*c*⟩ crebrisque ⟨*c*⟩ in latitudinem ramis enatis ⟨*om.* β⟩ et rubis sentibusque interiectis effecerant, ut: II 17, 4; — *u. praeterea* **in** *p. 103 sq.* β) *(7 loc.).*

β) propter lat.: id (oppidum) ex itinere oppugnare conatus ... propter latitudinem fossae murique altitudinem paucis defendentibus expugnare non potuit: II 12, 2; summa difficultas faciendi ⟨*c*⟩ pontis proponebatur propter latitudinem, rapiditatem altitudinemque fluminis: IV 17, 2.

B. trsl. (= τὸ μῆκος, μέγεθος): huius Hercyniae ⟨*c*⟩ siluae ... latitudo nouem dierum iter expedito patet: VI 25, 1; ¶ (Aquitaniam,) quae pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine et multitudine hominum † ex tertia parte Galliae ⟨*c*⟩ est aestimanda ⟨*u. CC*⟩: III 20, 1.

[**Falso:** turres ad altitudinem ⟨latitudinem β⟩ ualli ... parare ac facere coeperunt: V 42, 5; aggerem ... facere instituerunt aequa fere altitudine ⟨*Vascos.;* latitudine *codd.*⟩, atque ille congesticius ex materia fuerat agger: 2, 15, 1.]

Latium: duae sunt Albae, alia ista quam nouimus in † Aricia ⟨Marsia *coni. Np.*⟩ et alia hic in † Italia ⟨Latio *coni. Np.*⟩: *ap. Pomp. comm. art. Don. (gramm. Lat. V p. 144 ed. Keil).*

Latobrigi *u.* **Latouici.**

(lator: decurritur ad illud extremum ... senatus consultum, quo nisi paene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis † latorum ⟨*codd.;* illata sceleratorum *Koch; Db.;* soluta malorum *Kindsch.;* latronum *cod. Ciacc.;* paucorum *Np.;* togatorum *Hell.;* senatorum *Hug; u. CC*⟩ audacia ⟨latorum audacia *unc. incl. Dt.*⟩ numquam ante descensum ⟨*Kohl.* discessum *codd.*⟩ est: 1, 5, 3.**)**

Latouici. *Cf. Glück p. 112—116; J. Becker ZAW. 1851 p. 130 sq.; 450.* (latobogiorum *exstat in Orosii* (VI 7, 5) *codicibus, sed* latobrogiorum *in cod. R.*)

persuadent Rauracis et Tulingis ⟨*c*⟩ et Latouicis ⟨*A;* lotouicis *Q;* latocibis *M;* latocucis *B*²β; latobicis *B*¹*;* Latobrigis *Schn., Np., Fr., Db., haud scio an recte*⟩ finitimis ⟨*c*⟩, uti eodem usi consilio oppidis suis uicisque exustis una cum iis proficiscantur: I 5, 4; Heluetios, Tulingos, Latouicos ⟨latobrigos *X;* latouicos *A in marg.;* latobicos *B uar.*⟩ in fines suos, unde erant profecti, reuerti iussit, et quod omnibus frugibus ⟨*c*⟩ amissis domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allobrogibus imperauit, ut iis ⟨*c*⟩ frumenti copiam facerent; ipsos oppida uicosque, quos incenderant, restituere iussit: I 28, 3; summa erat capitum ... Tulingorum *milium XXXVI, Latouicorum ⟨latobrigorum *codd.*⟩ XIIII, Rauracorum XXIII, Boiorum XXXII: I 29, 2.

latro: hos latrones interficiamus: VII 38, 8; ¶ **(**quo ... † latorum ⟨*z;* latronum *cod. Ciacc.*⟩ audacia numquam ante descensum ⟨*c*⟩ est: 1, 5, 3;**)** ut potius priuato paucorum et latronum quam regio consilio susceptum bellum uideretur: 3, 109, 6; magnaque praeterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum latronumque conuenerat ⟨*c*⟩, et ⟨*Paul; om. codd.; edd.*⟩ quos spes praedandi studiumque bellandi ab agri cultura et cotidiano labore reuocabat: III 17, 4; ¶ huc accedebant collecti ex praedonibus latronibusque Syriae Ciliciaeque prouinciae finitimarumque regionum: 3, 110, 3.

latrocinium: latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque ciuitatis fiunt atque ea iuuentutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant: VI 23, 6; ¶ supplicia eorum, qui in furto aut in ⟨*om.* β⟩ latrocinio aut aliqua noxia ⟨*c*⟩ sint comprehensi, gratiora dis immortalibus esse arbitrantur: VI 16, 5; non hos palus in ⟨*del. Dt.*¹*; Db.*⟩ bello latrociniisque natos, non siluae morantur: VI 35, 7.

lātus. **A. = εὐρύς (propr.); a) posit.:** diebus XXV aggerem latum ⟨longum *coni. Rüstow et Göler*⟩ pedes CCCXXX, altum pedes LXXX exstruxerunt: VII 24, 1; ¶ (inter bina castra ... unum flumen ⟨tantum *add. codd.; Np.; del. Kran.;* latum *Kindsch.*⟩ intererat Apsus ⟨*c*⟩: 3, 19, 1;) ¶ duas fossas quindecim pedes ⟨pedum *h*⟩ latas eadem alti-

tudine perduxit: VII 72, 3; ¶ storias . . . tres in longitudinem parietum turris latas IIII pedes fecerunt: 2, 9, 4.

b) comp.: ad onera ac ⟨c⟩ multitudinem iumentorum transportandam paulo latiores ⟨altiores β⟩ (facit naues), quam quibus in reliquis utimur ⟨c⟩ maribus: V 1, 2; ¶ hunc ex omnibus fere partibus palus . . . cingebat non latior pedibus quinquaginta: VII 19, 1.

c) superl.: (continentur) una ex parte flumine Rheno latissimo atque altissimo: I 2, 3; transire latissimum flumen: II 27, 5.

B. = μακρός, μέγας: ne **latos** fines parare studeant: VI 22, 3.

quoad licebat **latiore** uti ⟨c⟩ spatio: 1, 58, 1.

Suessiones suos esse finitimos; fines ⟨B^aβ; *Schn.*, *Hold.*; *om.* α; *edd. rell.*⟩ **latissimos** feracissimosque agros possidere: II 4, 6; (ciuitatibus maxima laus est quam latissime ⟨latissimis β⟩ circum se uastatis finibus solitudines habere: VI 23, 1;) ¶ ut . . . quam latissimas regiones praesidiis teneret: 3, 44, 2.

late. A. (propr.) = ἐπὶ πολύ; **a) posit.; α)**: ab eius summo sicut ⟨se ut *R. Steph.*⟩ palmae ramique ⟨rami quam β⟩ late diffunduntur ⟨diffundunt β; *R. Steph.*⟩: VI 26, 2; ¶ hoc itinere est fons, quo ⟨c⟩ mare succedit longius, ⟨succedit, longe ut *Paul*⟩ lateque is locus restagnat ⟨-et *Paul*⟩: 2, 24, 4; ¶ naues . . . incendit, quod tam late ⟨lata *dett.*⟩ tueri parua manu non poterat: 3, 111, 6; ¶ ut et minus late uagarentur et minus facile finitimis bellum inferre possent: I 2, 4.

β) longe lateque: deinde omnibus longe lateque aedificiis incensis se ⟨o⟩ in castra receperunt: IV 35, 3; omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et conuectis: 2, 15, 1; (24, 4 *u.* α) restagnare;) stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupauit: 3, 8, 4; consumptis omnibus longe lateque frumentis summis erat in angustiis: 3, 47, 5.

b) comp.: partiendum sibi ac latius distribuendum exercitum putauit: III 10, 3; ¶ (percrebescere: 3, 79, 4 *u.* **B.**;) ¶ cumque ignis magnitudine uenti latius serperet: 3, 101, 6; ¶ qua spe adducti Germani latius ⟨latius iam β⟩ uagabantur: IV 6, 4; Cassiuellaunus . . . hoc metu latius uagari (equites nostros) prohibebat: V 19, 2; his paucos addit equites, qui latius ⟨cautius β⟩ ostentationis causa uagentur ⟨β; uagarentur α; *edd.*⟩: VII 45, 3.

c) superl.: monet, ut in omnes partes equites quam latissime peruagentur: VII 9, 2; ¶ publice ⟨*CC*⟩ maximam putant esse laudem quam latissime a suis finibus uacare ⟨uagari *BM*β⟩ agros ⟨*om.* β⟩: IV 3, 1; ¶ imperat, ut quam latissime possint ⟨possent *AQ*⟩ uagentur: VII 8, 3; ¶ ciuitatibus maxima laus est quam latissime ⟨latissimis β⟩ circum se uastatis finibus solitudines habere: VI 23, 1.

(**B. trsl.**: haec ad eum elatius ⟨*Ciacc.*; latius *codd.*; *edd.*⟩ atque inflatius Afranius perscribebat ⟨praescr. *afl*⟩: 2, 17, 3; *de proelio ad Dyrrachium facto elatius ⟨*Ciacc.*; latius *codd.*; *edd.*⟩ inflatiusque multo, quam res erat gesta, fama percrebuerat ⟨c⟩: 3, 79, 4.)

lătus. A. subi.: insula natura triquetra ⟨c⟩, cuius unum latus est contra Galliam: V 13, 1; tertium (latus) est contra septentriones; cui parti nulla est obiecta terra: V 13, 6; hoc (latus) ⟨huic β⟩ milia passuum octingenta in longitudinem esse existimatur ⟨arbitrantur *ae*⟩: V 13, 6; ¶ hoc pertinet ⟨latus tenet β⟩ circiter milia passuum quingenta: V 13, 2; ¶ alterum (latus) uergit ad Hispaniam atque occidentem solem: V 13, 2.

B. obi.: singulaque latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda: 1, 42, 1; ¶ sagittarii funditoresque media continebantur acie, equitatus latera cingebat: 1, 83, 2; ¶ quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat et: II 5, 5.

C. genet.: huius lateris alter angulus . . . ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat: V 13, 1; sed eius angulus alter ⟨*R. Menge*; lateris *codd.*; *edd.*; alter lateris *Paul*⟩ maxime ad ⟨c⟩ Germaniam spectat: V 13, 6; ¶ ex utraque parte lateris deiectus habebat: II 8, 3; ¶ huius est longitudo lateris . . . septingentorum milium: V 13, 5.

D. abl.; a): fossam pedum XX derectis lateribus duxit: VII 72, 1.

(**b)**: ex itinere nostros ab ⟨*ego*; *om. codd.*; *edd.*⟩ latere aperto adgressi circumuenire ⟨c⟩ . . . coeperunt: I 25, 6; quorum pars ab ⟨*ego*; *om. codd.*; *edd.*⟩ aperto latere legiones circumuenire . . . coepit: II 23, 5.)

quorum mediam ⟨*c*⟩ orationem ⟨*c*⟩ interrumpunt subito undique tela immissa; quae ille (Vatinius) obtectus armis militum uitauit: 3, 19, 6.

obtempero: se sibi consilium capturum neque senatus auctoritati obtemperaturum: 1, 1, 3; ¶ imperio *u.* **imperium** *p. 69* **b)** *(3 loc.);* ¶ debere eos Italiae totius auctoritatem sequi potius quam unius hominis uoluntati obtemperare: 1, 35, 1.

[Falso: neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos ⟨obtemperaturos *X*⟩ existimabat, quin . . . contenderent: I 33, 4.]

obtestor. A. alqm: matres familiae . . . suos obtestari et more Gallico . . . liberos . . in conspectum proferre coeperunt: VII 48, 3.

B. (alqm,) ut: qui decimae legionis aquilam ferebat, contestatus ⟨obtestatur β⟩ deos, ut ea res legioni feliciter eueniret, Desilite, inquit: IV 25, 3; (Vercingetorix) dimittit quoque ⟨*c*⟩ uersus legationes; obtestatur, ut in fide maneant: VII 4, 5; matres familiae . . . pectore nudo prominentes passis manibus obtestabantur Romanos ⟨rom. obt. β⟩, ut sibi parcerent neu, sicut Auarici fecissent, ne a ⟨*c*⟩ mulieribus quidem atque infantibus abstinerent: VII 47, 5; (Vercingetorix) sua in illos merita proponit obtestaturque ⟨que *om.* β⟩, ut suae salutis rationem habeant neu se optime ⟨*c*⟩ de communi libertate meritum hostibus ⟨*c*⟩ in cruciatum dedant: VII 71, 3; haec uti fierent per omnes deos perque ⟨per quae *fh*⟩ foedera, quae Romae fecisset, eodem testa-

mento Ptolomaeus populum Romanum obtestabatur: 3,108,3.

C. neu: VII 47,5 *et* 71,3 *u.* B.

obtineo. **A. = possidēre, in potestate habere, (occupatum) tenere, praeesse; a):** agrum: 1,38,1 *u.* **b)** Lusitaniam; ¶ haec (castra) C. Antistius Reginus et C. ⟨*c*⟩ Caninius Rebilus legati cum duabus legionibus obtinebant: VII 83,3; ¶ in se ⟨*c*⟩ aetatis excusationem nihil ualere, quod ⟨*CC*⟩ superioribus bellis probati ad † obtinendos exercitus euocentur: 1,85,9; ¶ qui (Diuiciacus) cum magnae partis harum ⟨*o*⟩ regionum tum etiam Britanniae imperium obtinuerit: II 4,7; petunt, ut Mandubracium . . . in ciuitatem mittat, qui praesit imperiumque obtineat: V 20,3; ¶ cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem ⟨*a*[1]*;* principum *αh*⟩ locum obtinebant: I 7,3; eo tum statu res erat, ut longe principes haberentur ⟨*o*⟩ Haedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent: VI 12,9; — acies erat Afraniana duplex legionum V, tertium ⟨*Ciacc.;* tertia *x*⟩ in subsidiis locum alariae cohortes obtinebant ⟨cohortis obtinebat *hl*⟩: 1,83,1; — ita minora castra inclusa maioribus castelli ⟨-lis *ah*⟩ atque arcis locum obtinebant: 3,66,5; ¶ quod legibus Haeduorum iis ⟨*c*⟩, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret: VII 33,2; ¶ neque se ignorare, quod esset officium legati, qui fiduciariam operam ⟨prouinciam *Ciacc.*⟩ obtineret ⟨*u.* *CC*⟩: 2,17,2; ¶ quam (partem) Gallos obtinere dictum est: I 1,5; ¶ cum singuli magistratus antiquitus creari atque regiam potestatem annum ⟨annuam β⟩ obtinere consuessent: VII 32,3; ¶ qui (Dumnorix) eo tempore principatum in ciuitate obtinebat ⟨optineret *A*[1]⟩ ac maxime plebi acceptus erat: I 3,5; si iam principatum Galliae obtinere (Haedui) non possint ⟨*c*⟩: I 17,3; Vercingetorix, . . . cuius pater principatum Galliae totius obtinuerat et ob eam causam, quod regnum adpetebat, a ⟨*c*⟩ ciuitate erat interfectus ⟨*c*⟩: VII 4,1; Adbucilli filii, qui principatum in ciuitate ⟨ciuitatem *Nal*⟩ multis annis obtinuerat: 3,59,1; ¶ uti quicumque Galliam prouinciam obtineret, . . . Haeduos . . . defenderet: I 35,4; quod (Attius) paucis ante annis ex ⟨*c*⟩ praetura eam prouinciam obtinuerat: 1,31,2; in se noui generis imperia constitui, ut idem ad portas urbanis praesideat ⟨*c*⟩ rebus et duas bellicosissimas prouincias absens tot annos ⟨*c*⟩ obtineat: 1,85,8; magnam ⟨*c*⟩ (pecuniam) societates earum prouinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat: 3,3,2; ¶ hunc (locum) esse delectum medium fere regionum earum, quas Suebi obtinerent: IV 19,3; ¶ Castico, Catamantaloedis filio, Sequano, cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat et a senatu . . . amicus appellatus erat: I 3,4; cuius auus in ciuitate sua regnum obtinuerat, amicus ab ⟨*c*⟩ senatu nostro appellatus: IV 12,4; cuius pater in ea ciuitate regnum obtinuerat ⟨tenuerat β⟩ interfectusque erat a Cassiuellauno: V 20,1; cuius ⟨*c*⟩ maiores in sua ciuitate regnum obtinuerant: V 25,1; Cauarinum, quem Caesar apud eos regem constituerat, cuius frater Moritasgus aduentu in Galliam Caesaris cuiusque maiores regnum obtinuerant: V 54,2; ¶ hae ⟨*c*⟩ (naues) ad insulam, quae est contra Massiliam, stationes obtinebant: 1,56,3; ¶ generatimque distributi [in ciuitates] (Galli) omnia uada ac † saltus eius ⟨salicta eius *Heller;* transitus *coni. Np.; u. CC*⟩ paludis ⟨certis custodiis *add.* β; *Schn.*⟩ obtinebant: VII 19,2.

b): qui (Rutilius Lupus) Achaiam missus a Pompeio obtinebat: 3,55,2; ¶ Valerius Flaccus, L. filius, eius, qui praetor Asiam obtinuerat: 3,53,2; ¶ quorum unus Hispaniam citeriorem *tribus legionibus, alter ulteriorem* a saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat: 1,38,1; ¶ Sardiniam obtinebat M. Cotta, Siciliam M. Cato; Africam sorte Tubero obtinere debebat: 1,30,2.

c): conuentus ciuium Romanorum, qui Lissum obtinebant, quod oppidum iis antea Caesar attribuerat . . ., Antonium recipit: 3,29,1.

B. = occupare: quod ipse suae ciuitatis imperium obtenturus esset: I 3,6; ¶ ut . . . partem finitimi agri per uim occupatam ⟨*c*⟩ possiderent Galliaeque totius principatum obtinerent: VI 12,4; ¶ (Dumnorigem,) si quid accidat Romanis, summam in spem per Heluetios regni obtinendi uenire: I 18,9.

C. = retinere (id, quod possidemus): esse non nullo se Caesaris beneficio adfectum, sic tamen, ut iustissimam apud eum causam obtinuerit: VII 37,4; ¶ id sibi ad praesentem obtinendam libertatem satis esse: VII 66,4; ¶ Pompeius eo proelio imperator est appellatus. hoc nomen obtinuit atque ⟨hoc nomine abstinuit neque *Paul; u. CC*⟩ ita se postea salutari passus **est:* 3,71,3; ¶ Conuictolitauem, qui per sacerdotes more ciuitatis . . . esset creatus, potestatem obtinere iussit: VII 33,4; ¶ principatum: I 17,3 *u.* **A.** princi-

patum; ¶ Galli, nisi perfregerint munitiones, de omni salute desperant; Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant: VII 85,3; quibus (ciuibus) saluis atque incolumibus rem obtinere malebat: 1,72,3; naues longas occupare hostes conabantur.... sed rem obtinuit Caesar: 3,111,6.

neque certum inueniri poterat, obtinendine Brundisii causa ibi remansisset (Pompeius) ... an inopia nauium ibi restitisset: 1,25,3.

obtrectatio: a quibus (inimicis) deductum ac deprauatum Pompeium queritur inuidia atque obtrectatione ⟨obtract. *O*⟩ laudis suae: 1,7,1.

obuenio: nam his ⟨*c*⟩ ea pars obuenerat: II 23,1; quae cuique ciuitati pars castrorum ab initio obuenerat: VII 28,6; legati, quibus hae partes ad defendendum obuenerant ⟨uenerant *AQ*⟩: VII 81,6; ¶ Scipioni obuenit Syria, L. Domitio Gallia: 1,6,5.

obuiam: Sulmonenses portas aperuerunt uniuersique, et oppidani et milites, obuiam gratulantes Antonio exierunt: 1,18,2; ¶ Vercingetorix, ubi de Caesaris aduentu cognouit, oppugnatione ⟨*c*⟩ desistit ⟨*c*⟩ atque obuiam Caesari proficiscitur: VII 12,1; ¶ cuneatim constiterunt hoc animo, ut, si qua ex parte obuiam ⟨contra *add. X; Np., Schn., Db.; del. Faern.*⟩ ueniretur, acie instructa depugnarent: VII 28,1.

occasio. A. subi.: erat occasio bene gerendae rei: 1,71,1; breuem consulendi esse occasionem: V 29,1; ¶ uideri: 3,25,1 *u.* **B.** praetermittere.

B. obi.: conclamant omnes occasionem ⟨occassionem *B*⟩ negotii bene gerendi amittendam non esse; ad castra iri oportere: III 18,5; ¶ siue sollicitandi milites ⟨*c*⟩ siue aequo loco dimicandi detur occasio, ne facultatem praetermittat: 2,33,5; ¶ dimittere *u.* **dimitto** *p. 918* ββ) *(4 loc.)*; ¶ cum diuturnitas oppugnationis neglegentiores Octauianos effecisset, nacti occasionem meridiani temporis discessu ⟨meridiano tempore discessus *Ciacc.*⟩ eorum ... in proxima Octauii castra inruperunt: 3,9,6; in itinere ut aliquam occasionem dimicandi nancisceretur: 3,85,2; ¶ ac non nullae eius rei praetermissae occasiones Caesari uidebantur: 3,25,1; ¶ at hostes sine fide tempus atque occasionem fraudis ac doli quaerunt: 2,14,1; ¶ simus ad dimicandum parati. non facile occasionem postea reperiemus: 3,85,4.

C. dat.: uterque eorum celeritati studebat, et suis ut esset auxilio *et* ad opprimendos aduersarios ne occasioni ⟨*fhl;* occasione *a*⟩ temporis deesset: 3,79,1.

D. gen.: occasionis esse rem ⟨rem esse β⟩, non proelii: VII 45,9.

E. abl.: hac impulsi occasione ... audacius de bello consilia inire incipiunt: VII 1,3; ¶ fore ..., ut duces aduersariorum occasione et beneficio fortunae ad nostros opprimendos uterentur: 1,40,7.

occasus (solis). A. tempus significat; a) abl.: acriter utrimque usque ad uesperum pugnatum est. solis occasu suas copias Ariouistus ... in castra reduxit: I 50,3; V 8,2 *u.* **b)** α) αα).

b) c. praep.; α) ad; αα): ipse ... ad ⟨*om.* β⟩ solis occasum ⟨occasu β⟩ naues soluit: V 8,2.

ββ): cum a meridie prope ad solis occasum dubia uictoria pugnaretur: VII 80,6; producitur tum ⟨*c*⟩ res, aciesque ad solis occasum continentur: 1,83,3; neque multum ad solis occasum temporis supererat: 3,51,7.

γγ): cum ab hora fere quarta usque ad solis occasum pugnaretur: III 15,5.

β) **ante:** post horam nonam oppidum altissimis moenibus oppugnare adgressus ante solis occasum expugnauit: 3,80,6.

γ) **sub:** sub occasumque ⟨occasu *aefk*⟩ solis sequi ⟨*c*⟩ destiterunt seque in castra ... receperunt: II 11,6.

B. caeli regionem significat: ut ... aliae (naues) ad inferiorem partem insulae, quae est propius solis occasum ⟨*u. CC*⟩, magno suo ⟨*c*⟩ cum periculo deicerentur: IV 28,2; ¶ Aquitania ... spectat inter occasum solis et septentriones: I 1,7.

occĭdo. A.: alterum (latus) uergit ad Hispaniam atque occidentem solem: V 13,2.

B.: Cottaeque et Titurii calamitatem, qui in eodem occiderint castello ⟨in eo castello occiderint β; in eodem cast. consederint *Paul*⟩, ante oculos ponunt: VI 37,8; — (dum cupidius instat (Vorenus), in locum *delatus inferiorem ⟨*o*⟩ concidit ⟨occidit *M; Fr.*⟩: V 44,12.)

occīdo. A.: L. ⟨*c*⟩ Petrosidius aquilifer ... aquilam intra uallum proiecit, ipse pro castris fortissime ⟨*o*⟩ pugnans occiditur: V 37,5; ¶ quartae cohortis omnibus centurionibus occisis signiferoque ⟨*c*⟩ interfecto, signo amisso, reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut uulneratis aut occisis: II 25,1; ¶ memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Heluetiis pulsum: I 7,4; ¶ Sedulius ⟨*c*⟩, dux et princeps Lemouicum ⟨*c*⟩, occiditur: VII 88,

4; ¶ fuerunt ⟨c⟩ duae filiae: harum ⟨c⟩ altera occisa, altera capta est: I 53, 4; ¶ occisis ad hominum milibus quattuor reliqui in oppidum reiecti sunt: II 33, 5; ¶ magnum numerum *u.* **magnus** *p. 524 (5 loc.)*; ¶ principem: VII 88, 4 *u.* ducem.

B.: Cassium: I 7, 4 *u.* **A.** consulem; — Indutiomarum: V 58, 5 *u.* **D.**; — Petrosidium: V 37, 5 *u.* **A.** *init.*; — Pulionem: V 44, 11 *u.* **C.** illum; — Sedulium: VII 88, 4 *u.* **A.** ducem.

C.: quorum alter accepto uulnere occupatus per suos pro occiso sublatus, alter ⟨acc. uuln. . . . subl., alter *om. af*⟩ interfectus est: 3, 109, 5; ¶ quos . . . secuti . . . complures ex iis ⟨c⟩ occiderunt: IV 35, 3; et paucis uulneribus acceptis complures ex his occiderunt: IV 37, 3; ¶ illum ueruto transfixum arbitrantur ⟨*sic* β; illum uero obscurantur (opinantur *Fr.*) occisum α; *Fr.*; illum ueruto arbitrantur occisum *plur. edd.*⟩: V 44, 11; ¶ redeuntes equites quos possunt consectantur atque occidunt: V 58, 6.

D.: cum et propter uulnera militum et propter sepulturam occisorum nostri triduum morati eos sequi non potuissent: I 26, 5; ¶ magna proponit iis ⟨c⟩, qui occiderint (Indutiomarum), praemia: V 58, 5.

occultatio: intra annum uero uicesimum feminae notitiam habuisse in turpissimis habent rebus; cuius rei nulla est occultatio, quod ⟨*u. CC*⟩: VI 21, 5.

occulto. A. propr.; a): reliqua pars scrobis ad occultandas insidias uiminibus ac uirgultis ⟨c⟩ integebatur ⟨c⟩: VII 73, 7; ¶ (siluae incertis occultisque ⟨occultatisque in β⟩ itineribus confertos adire prohibebant: VI 34, 4;) ¶ legionem *X. . . . paulum progressam inferiore constituit loco siluisque occultat: VII 45, 5; ¶ tectis insignibus suorum occultatisque signis militaribus raros milites . . . traducit: VII 45, 7.

b): Cassiuellaunus . . . paulum . . ex uia excedebat locisque impeditis ac siluestribus sese ⟨se β⟩ occultabat: V 19, 1; qui proximi ⟨c⟩ Oceano fuerunt, hi ⟨his β; *Np.*⟩ insulis ⟨*A*β; in siluis *BM;* in insulis *Qf*⟩ sese occultauerunt, quas aestus efficere consuerunt ⟨c⟩: VI 31, 3; si qui etiam in praesentia se ⟨*om. h*⟩ occultassent: VI 43, 3; ipsos se inter multitudinem militum occultasse: VII 38, 5; ille . . . prope confecto sub lucem itinere post montem se occultauit: VII 83, 7.

c): ut . . . ille (Ambiorix) latebris aut ⟨ac *dk; Schn.;* siluis aut *add.* β; *Schn.*⟩ saltibus se eriperet et ⟨ut β⟩ noctu occultatus ⟨occupatus β⟩ alias regiones partesque peteret: VI 43, 6.

d): neque saepe accidit, ut neglecta quispiam religione aut capta apud se ⟨apud se *om.* β⟩ occultare aut posita tollere auderet: VI 17, 5; ¶ agger ab uniuersis in munitionem ⟨c⟩ coniectus . . . ea, quae in terra ⟨terram *Ndk*⟩ occultauerant Romani, contegit: VII 85, 6.

B. trsl. (= celare, dissimulare): ut quam diutissime longioris fugae consilium occultaret (Pompeius): 3, 102, 3; ¶ in tanta multitudine dediticiorum suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse: I 27, 4; ¶¶ si . . . haec explorata habeamus, quae de exercitus alienatione dicuntur, . . . quanto haec dissimulari ⟨*l*[1]*;* -are *z; Np., Db.*⟩ et occultari ⟨-are *O*⟩ quam per nos confirmari praestet? 2, 31, 5; ¶ magistratus quae uisa sunt occultant, quaeque ⟨c⟩ esse ex usu iudicauerunt, multitudini produnt: VI 20, 3.

occultus. 1. ui adiect.; a) pos.: non solum ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus obseruent ⟨c⟩: 1, 21, 4; ¶ siluae incertis occultisque ⟨occultatisque in β⟩ itineribus confertos adire prohibebant: VI 34, 4; ¶ in siluis opportuno atque occulto loco . . . Romanorum aduentum exspectabant: V 32, 1; progressus milia passuum III loco ⟨in loco *N*⟩ idoneo et occulto omnem exercitum equitatumque conlocauit: 3, 38, 1; (105, 4 *u.* 2. **B.**)

b) comp.: ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset eius aduentus: 3, 30, 5.

2. ui subst.; A. sing.; a) ex occulto: neque ex occulto insidiandi et dispersos circumueniendi singulis deerat audacia: VI 34, 6.

b) in occultum: quod ipse animo non defecerat . . . neque *se* in occultum abdiderat et conspectum multitudinis fugerat: VII 30, 1.

c) in occulto *u.* **in** *p. 142* **g)** *(7 loc.)*.

B. plur.: Pergamique in occultis ⟨locis *add. Paul*⟩ ac reconditis ⟨*NOhl;* recognitis *af*⟩ templi ⟨*recc.;* templis *z*⟩, quo praeter sacerdotes adire fas non est, quae Graeci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt: 3, 105, 4.

occulte. A. pos.: quid ⟨c⟩ quoque ⟨c⟩ pacto agi placeat occulte inter se constituunt: VII 83, 5; ¶ Petreius cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur: 1, 66, 3.

B. superl.: ipse diuerso itinere quam potuit occultissime reliquas cohortes . . . eduxit: 3, 67, 3.

occupatio: neque has tantularum ⟨*c*⟩ rerum occupationes ⟨sibi *add.* β⟩ Britanniae anteponendas iudicabat: IV 22, 2; ¶ ita magnarum initia rerum, quae occupatione magistratuum et imperiorum ⟨*Paul;* temporum *x; edd.*⟩ sollicitam Italiam habebant, celerem et facilem exitum habuerunt: 3, 22, 4; — si id facere occupationibus rei publicae ⟨β; populi Romani α; *Fr., Db.*⟩ prohiberetur: IV 16, 6; ¶ tabulae testamenti ..., cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompeium sunt depositae: 3, 108, 4.

occupo. A. = **potiri, capere; a) propr.; α):** atque omnibus eorum aedificiis occupatis reliquam partem hiemis se eorum copiis aluerunt (Vsipetes et Tencteri): IV 4, 7; ¶ (agrum: I 31, 10 *et* VI 12, 4 *u.* partem;) ¶ (angiportum: 3, 70, 1 *u.* portam;) ¶ angustias *u.* **angustiae** *p. 260* **b)** *(3 loc.);* ¶ paucisque intermissis diebus eadem ⟨haec *add. NOhl*⟩ (castra) Pompeius occupauerat: 3, 66, 4; acies instructa a nostris, qui castra occupauerant, cernebatur: 3, 69, 1; ¶ ne Caesar orae maritimae ciuitates occuparet: 3, 11, 2; ¶ collem *u.* **collis** *p. 601 extr. et 602 (7 loc.); cf.* praesidium 3, 45, 2; ¶ Romanos non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis culmina Alpium occupare conari ... sibi persuasum habebant: III 2, 5; ¶ neque uerum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare: IV 8, 1; ¶ Libo ... Brundisium uenit insulamque, quae contra portum Brundisinum est, occupauit: 3, 23, 1; ¶ (Caesar praecepto ⟨*Oud.;* praefecto occupato *x;* profectus occupato *Ach. Stat.;* profectionis occup. *Hot.;* praeoccupato *Ald. nep.; edd.*⟩ itinere ad Dyrrachium finem properandi facit: 3, 13, 5;) ¶ a Sasonis ⟨*x;* salonis *recc.; Np., Db.*⟩ ad Curici ⟨*Momms.;* corici *NOx;* Oricum *Np.; Db.*⟩ portum ⟨portus, *Np., Db.*⟩ stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupauit: 3, 8, 4; ¶ loca (-um) *u.* **locus** *p. 476 (5 loc.);* ¶ montem *u.* **mons** C. *p. 634 (4 loc.);* ¶ naues *u.* **nauis** *p. 705 (3 loc.);* ¶ huc Caesar ... contendit occupatoque oppido ibi praesidium conlocat: I 38, 7; ¶ quod Ariouistus ... tertiam .. partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupauisset: I 31, 10; ut ... partem finitimi agri per uim occupatam ⟨-atum β⟩ possiderent Galliaeque totius principatum obtinerent: VI 12, 4; Marsi ... eam .. oppidi partem, quae munitissima uideretur, occupant: 1, 20, 3; (quo facilius omne Hadriaticum mare ab ⟨*add. Paul;* occupatis *add. Plwyg.*⟩ extremis Italiae partibus regionibusque Graeciae in potestate haberet: 1, 25, 3;) ¶ centuriones ... gladiis destrictis portas occupauerunt suosque omnes incolumes receperunt: VII 12, 6; (quod ... equites .. eius angustiis atque his ⟨angustis portis atque his *codd.;* angustiis portisque *Ald.;* angiportis atque uiis *Landgraf;* portis *del. Np.*⟩ a ⟨*c*⟩ Caesaris militibus occupatis ad insequendum tardabantur: 3, 70, 1;) ¶ (portus: 3, 8, 4 *u.* litora;) ¶ in occupandis praesidiis magna ui uterque nitebatur ⟨*c*⟩: 3, 45, 1; cum legio Caesaris nona praesidium quoddam ⟨praesidio collem *Ciacc.*⟩ occupauisset et munire coepisset, huic loco propinquum et contrarium collem Pompeius occupauit: 3, 45, 2; ¶ (regiones: 1, 25, 3 *u.* partes;) ¶ persuadet Castico ..., ut regnum in ciuitate sua occuparet, quod pater ante habuerat: I 3, 4; et regno occupato ⟨*del. Ciacc.*⟩ per tres potentissimos ... populos totius Galliae sese potiri posse sperant: I 3, 8; quod in Gallia a potentioribus atque iis ⟨*c*⟩, qui ad conducendos homines facultates habebant, uulgo regna occupabantur: II 1, 4; ¶ C. Fabium ... praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari ⟨-are *Paul*⟩ iubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato praesidiis tenebantur: 1, 37, 1; ¶ stationes: 3, 8, 4 *u.* litora; ¶ quotienscumque sit decretum, darent operam magistratus ..., factum ... in ui tribunicia, in secessione populi, templis locisque editioribus occupatis: 1, 7, 5; ¶ quem (tumulum) si occupauisset Caesar et communisset ⟨*c*⟩: 1, 43, 2; unius legionis antesignanos procurrere atque eum tumulum occupare iubet: 1, 43, 3; Pompeius tumulum quendam occupauit: 3, 51, 8; ¶ (uias: 3, 70, 1 *u.* portas.)

β): sollicitato exercitu regio ne Pompeius Alexandriam Aegyptumque occuparet: 3, 104, 1; — qui (Attius) ... in Africam peruenerat atque eam sua sponte uacuam occupauerat: 1, 31, 2; — cum omnem Galliam (Germani) occupauissent, ut ante Cimbri Teutonique fecissent: I 33, 4.

Alexandriam: 3, 104, 1 *u. s.* Aegyptum; his copiis fidens Achillas paucitatemque militum Caesaris despiciens occupabat Alexandriam praeter eam ⟨*c*⟩ oppidi partem, quam Caesar cum militibus tenebat: 3, 111, 1; — ipse ... Pisaurum, Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat: 1, 11, 4; — profectum item Domitium ad occupandam ⟨-dum *O*⟩ Massiliam nauibus actuariis septem: 1, 34, 2; — Ariouistum cum suis omnibus copiis ad occu-

pandum Vesontionem . . . contendere: I 38, 1.

γ) : quorum alter accepto uulnere occupatus ⟨sopitus *J. F. Gron.; obsopitus Dauis.; del. Madu.*⟩ per suos pro occiso sublatus, alter ⟨acc. uuln. occ. p. s. p. o. subl., alter *om. af*⟩ interfectus est: 3, 109, 5.

b) trsl.: sic omnino ⟨omnium β; *Schn.*⟩ animos timor praeoccupauerat ⟨occupauerat β⟩, ut paene alienata mente ... equitatum tantum ⟨*c*⟩ se ex fuga recepisse dicerent: VI 41, 3; ¶ tantus subito timor omnem exercitum occupauit, ut non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret: I 39, 1.

B. = explere, implere: (collis) tantum . . . in latitudinem patebat, quantum loci acies instructa occupare ⟨tenere β⟩ poterat: II 8, 3; ¶ non enim amplius pedum milibus duobus *a castris castra distabant: † hinc ⟨horum *Paul*⟩ duas partes acies occupabant duae, tertia uacabat ⟨uagabatur *Ohl*⟩ ad incursum atque impetum militum relicta: 1, 82, 4; ¶ fugientium multitudine ac turba portae castrorum occupantur atque iter impeditur: 2, 35, 3.

C. = distinere (*semper ptc.* **occupatus**): dum haec geruntur, nostris ⟨hostes nostris *Hug*⟩ omnibus occupatis qui erant in agris reliqui ⟨quae erant in agr. relicta *Göl.; u. CC*⟩ discesserunt: IV 34, 3.

occupatus in alqa re *u.* **in** *p. 135 (8 loc.)*.

[**Falso:** ut . . . ille latebris aut saltibus ⟨*c*⟩ se eriperet et ⟨ut β⟩ noctu occultatus ⟨occupatus β⟩ alias regiones partesque peteret: VI 43, 6.]

occurro. A. propr.; a) animo non infesto; α) alci: eodem tempore equites nostri leuisque armaturae pedites, . . . cum se in castra reciperent, aduersis hostibus occurrebant: II 24, 1; ¶ Bibulus . . . sperans alicui se parti onustarum nauium occurrere posse inanibus occurrit: 3, 8, 3; ¶ alius alia ex naui quibuscumque signis occurrerat se adgregabat: IV 26, 1.

(Domitius) ad Aeginium . . . Caesari uenienti occurrit: 3, 79, 7; ¶ ex castris sibi legiones alias occurrere . . . iussit: 3, 98, 3.

in alteram partem item cohortandi causa profectus pugnantibus occurrit: II 21, 4.

β) omisso datiuo: Fabius . . . non ita multum moratus in itinere cum legione occurrit: V 47, 3.

γ) aliquo (= auxilio currere): quaecumque ⟨*c*⟩ pars castrorum nudata defensoribus premi uidebatur, eo (nostri) occurrere et auxilium ferre: III 4, 2; ut quo primum occurreretur ⟨β; *Schn.; curreretur α; rell. edd.*⟩ aut cui rei ferretur auxilium uix ratio iniri posset: VII 24, 4.

b) animo infesto; α) alci: Afranius . . . legiones IIII ⟨*c*⟩ equitatumque omnem traiecit duabusque ⟨que *om.* a^1h^1⟩ Fabianis occurrit legionibus: 1, 40, 4; ¶ (parti nauium: 3, 8, 3 *u.* **a)** α) nauibus ;) ¶ leuiusque casura pila sperabat in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrissent ⟨occucurrissent *a; Np., Dt.*⟩: 3, 92, 2.

Caesar . . . IIII secum legiones duxit commodioreque itinere Pompeianis occurrere coepit: 3, 97, 3; ¶ (Pompeius) castra mouit breuiore itinere se occurrere ⟨?⟩ ei posse sperans: 3, 41, 4; ¶ tanta rerum commutatio est facta, ut nostri, etiam qui uulneribus confecti procubuissent, . . . proelium redintegrarent, tum ⟨*om.* β⟩ calones perterritos hostes conspicati etiam inermes armatis occurrerunt ⟨occurrerent β; *Schn., Np.*⟩: II 27, 1; — hostes terga uertunt ⟨*c*⟩; fugientibus ⟨que *add. a*⟩ equites occurrunt: VII 88, 3.

β) abs.: Romanorum manus tantis munitionibus distinetur nec facile pluribus locis occurrit: VII 84, 3; nemo erat adeo . . . fugiens laboris, quin statim castris exeundum atque occurrendum putaret: 1, 69, 3; neque Bibulus impeditis nauibus dispersisque remigibus satis mature occurrit: 3, 7, 3.

B. trsl.; a) = inuenire, incidere in: Caesar, ne grauiori bello occurreret, maturius, quam consuerat ⟨*c*⟩, ad exercitum proficiscitur: IV 6, 1; ¶ alio se ⟨*c*⟩ in hiberna consilio uenisse meminerat, aliis ⟨se *add. h*⟩ occurrisse rebus uiderat: III 6, 4.

b) = obsistere, anteuertere: quibus rebus quam maturrime occurrendum putabat: I 33, 4; ¶ singulari militum nostrorum uirtuti consilia cuiusque ⟨*c*⟩ modi Gallorum occurrebant: VII 22, 1.

etsi, quantum ratione prouideri poterat, ab nostris occurrebatur, ut incertis temporibus diuersisque itineribus iretur: VII 16, 3.

c) = in mentem uenire: utrisque ⟨utrimque B^1⟩ ad animum ⟨ad omnia *ik; Ald.*; id animo *Fr.*⟩ occurrit unum esse illud tempus ⟨illud e. t. praedicat β⟩, quo maxime contendi conueniat: VII 85, 2.

[**Falso:** pugnatur uno tempore omnibus locis ⟨occurrit *add.* β⟩ atque omnia temptantur: VII 84, 2.]

(**occurso:** illum ueruto transfixum arbitrantur ⟨β; illum uero obscurantur occisum α⟩. gladio comminus rem gerit Vorenus ⟨uorenus

gl. rem comm. gerit β; — illic uero obcursat gladio comminusque rem gerit uorenus *recc.; pr. edd.;* illic uero obcursat ocius gladio comminusque rem gerit Vorenus *Schn.*): V 44, 11.)

Oceanus. A. acc.: Oceanum attingere *u.* **attingo** *p. 361 (3 loc.); (cf.* **D.**;) ¶ (in flumine Ligeri, quod influit in ⟨*om.* β⟩ Oceanum: III 9, 1;) ¶ P. Crassus adulescens cum legione septima proximus mare Oceanum ⟨mari oceano *recc.*⟩ in Andibus *hiemabat: III 7, 2.

B. dat.: (Rhenus) ubi Oceano adpropinquat ⟨β; adpropinquauit α; *edd.*⟩, in plures diffluit ⟨*c*⟩ partes: IV 10, 4; ¶ qui proximi ⟨hinc proximi β⟩ Oceano ⟨oceanum *ik*⟩ fuerunt, hi ⟨*c*⟩ insulis ⟨*c*⟩ sese occultauerunt, quas aestus efficere consuerunt ⟨*c*⟩: VI 31, 3.

C. gen.: Aquitania a Garumna ⟨*c*⟩ flumine ad Pyrenaeos montes et eam partem Oceani, quae est ad Hispaniam, pertinet: I 1, 7; ¶ tantas tempestates Oceani tantosque impetus uentorum sustineri ⟨*c*⟩ non satis commode posse ⟨*c*⟩ arbitrabantur: III 13, 6.

D. abl.: † eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano, continetur Garumna ⟨*c*⟩ flumine, Oceano, finibus Belgarum, attingit etiam ⟨oceanum fin. belgarum attingit. etiam *X*⟩ ab Sequanis et Heluetiis flumen Rhenum: I 1, 5.

E. c. praep.; a) ab: (Mosa . . . parte quadam ex Rheno recepta, quae appellatur Vacalus, insulam [quae] efficit Batauorum [in Oceanum influit] neque longius ab eo ⟨*Ald.;* Oceano *X*⟩ milibus passuum LXXX in Oceanum ⟨*Ald.;* Rhenum *X*⟩ influit: IV 10, 2.)

b) ad: equites auxiliaque . . . Celtiberiae, Cantabris barbarisque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur: 1, 38, 3; ¶ Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum uersus in eas partes, quae Menapios attingunt, proficisci iubet: VI 33, 1.

c) in c. acc.: influere *u.* **in** *p. 92 (3 loc.).*

d) in c. abl.: luna plena, qui dies maritimos aestus maximos in Oceano efficere consueuit: IV 29, 1; ¶ longe aliam esse nauigationem in concluso ⟨uastissimo *add. afi*⟩ mari atque in uastissimo ⟨*om.* β⟩ atque ⟨*om. AQ*β⟩ apertissimo ⟨*om. AQ; Fr.*⟩ Oceano perspiciebant ⟨respiciebant β⟩: III 9, 7.

Ocelum. *Cf. Bertrand, les voies romaines en Gaule, in Rev. archéol. 1863 p. 344; Heller, Ph. 22 p. 142.*

ab Ocelo ⟨ocoelo *M;* ocaelo *a*⟩, quod est ⟨oppidum *add. RSchn.*⟩ citerioris prouinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris prouinciae die septimo peruenit: I 10, 5.

(ocius *u.* occurso.)

(Octacilius *u.* Otacilius.)

Octauiani: cum diuturnitas oppugnationis neglegentiores Octauianos effecisset, nacti occasionem meridiani temporis discessu eorum . . . in proxima Octauii castra inruperunt . . . omnibusque eos castris expulerunt et magno numero interfecto reliquos atque ipsum Octauium in naues confugere coegerunt: 3, 9, 6. 7.

M. Octauius: praeerat . . . Liburnicae atque Achaicae classi Scribonius Libo et M. Octauius: 3, 5, 3; discessu Liburnarum ⟨*OC*⟩ ex Illyrico M. Octauius cum iis ⟨*c*⟩ quas habebat nauibus Salonas peruenit. ibi concitatis Dalmatis reliquisque barbaris Issam ⟨*c*⟩ a Caesaris amicitia auertit. conuentum Salonis cum neque pollicitationibus neque denuntiatione ⟨*c*⟩ periculi permouere posset, oppidum oppugnare instituit: 3, 9, 1. 2; quorum cognita sententia Octauius quinis castris oppidum circumdedit atque uno tempore obsidione et oppugnationibus eos premere coepit: 3, 9, 4; ipsi . . . in proxima Octauii ⟨-ani *a*⟩ castra inruperunt . . . omnibusque eos castris expulerunt et magno numero interfecto reliquos atque ipsum Octauium in naues confugere coegerunt: 3, 9, 6. 7; tantis detrimentis acceptis ⟨*c*⟩ Octauius desperata oppugnatione oppidi Dyrrachium sese ad Pompeium recipit ⟨*c*⟩: 3, 9, 8.

octauus: (haec senatus consulto perscribuntur a. d. VII. ⟨VIII *O*[1]*; Ciacc.*⟩ Id. Ian.: 1, 5, 4;) ¶ cum a prima luce ad horam octauam pugnaretur ⟨*c*⟩: V 35, 5; ¶ alia in parte diuersae duae legiones, undecima et octaua, . . . proeliabantur: II 23, 3; L. Fabius ⟨*c*⟩, centurio ⟨*om.* β⟩ legionis VIII., . . . tres suos nactus manipulares . . . murum ascendit: VII 47, 7; (mittit eo M. Antonium cum legionis ⟨legione *Nhl;* -nibus *Of*⟩ XIII. ⟨*Vossius;* VIII *NOx*⟩ cohortibus V: 1, 18, 2;) eo triduo legio VIII. ad eum uenit: 1, 18, 5; legionem . . . nonam in sinistro (cornu) conlocauerat . . . et huic sic *adiunxerat octauam, ut paene unam ⟨*om. hl*⟩ ex duabus efficeret, atque alteram alteri praesidio esse iusserat: 3, 89, 1; ¶ (quod illi turbulentissimi superioribus temporibus tribuni plebis post ⟨*add. Dt.*⟩ octo ⟨octauo *f; Ald., Np.;* duodecimo *Ciacc.; Db.*⟩ denique menses ⟨mense *Ald.; Np., Db.*⟩ uariarum ⟨suarum *recc.; Np., Db.*⟩ actionum respicere ac timere consuerant ⟨*c*⟩: 1, 5, 2;) ¶ quem Caesar . . . ab octauis ordinibus ad primi-

pilum ⟨primum pilum *Ald.*⟩ se traducere pronuntiauit: 3, 53, 5.

octingenti: cum ipsi non amplius octingentos ⟨DCCC *a;* CCCCtos *f;* M.CCC *h*⟩ equites haberent: IV 12, 1; ipse cum legionibus expeditis IIII et equitibus DCCC in fines Treuerorum proficiscitur: V 2, 4; Haeduis Segusiauisque ... decem milia peditum imperat; huc addit equites DCCC ⟨octingentos *BM*⟩: VII 64, 4; DCCC (equites) ex seruis suis pastorumque suorum *numero* coegerat: 3, 4, 4; quarum erat summa ueteranarum ⟨-norum *O*[1]*a*⟩ trium legionum uniusque tironum et equitum DCCC: 3, 29, 2; Caesar ... cum legione ... equitibusque DCCC ... Alexandriam peruenit: 3, 106, 1; ¶ hoc (latus) ⟨huic β⟩ milia passuum octingenta in longitudinem esse existimatur ⟨arbitrantur β⟩: V 13, 6; ¶ (nauibus circiter LXXX ⟨β; *Oros.;* octingentis octoginta *A corr., BM;* octingentis octingenta *A pr.*; .DCCC. LXXX *Q*⟩ onerariis coactis: IV 22, 3;) nauium, quae cum annotinis priuatisque ... amplius octingentae ⟨.DCCCC. *af;* DC *Oros.*⟩ uno erant uisae tempore: V 8, 6.

ex omni ⟨*c*⟩ numero ... uix DCCC ⟨octoginta *Orosius*⟩, qui primo clamore audito se ex oppido eiecerant ⟨*c*⟩, ... ad Vercingetorigem peruenerunt: VII 28, 5.

octo. **A. non additur alius numerus:** (castra oportunis locis erant posita ibique castella ⟨posita VIII castellaque *RMenge*⟩ uiginti tria facta: VII 69, 7;) ¶ Fauonium ⟨*c*⟩ ad flumen Aliacmonem ... cum cohortibus VIII ⟨IV *Ciacc.*⟩ praesidio impedimentis legionum ⟨*c*⟩ reliquit: 3, 36, 3; ¶ quod dierum † XXII ⟨VIII *Göl.*⟩ ab Ilerda frumentum iussi erant efferre: 1, 78, 1; ¶ (ipse cum reliquis tribus ⟨VIII β⟩ (legionibus) ad flumen Scaldem ⟨*CC*⟩ ... ire constituit: VI 33, 3;) ¶ menses: 1, 5, 2 *u.* **octauus** (mensis); ¶ hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo: I 21, 1; ab his ⟨*c*⟩ castris oppidum Remorum nomine Bibrax aberat milia passuum octo: II 6, 1; quae castra ... amplius milibus passuum octo in latitudinem patebant: II 7, 4; celeriter octo milium itinere confecto: IV 14, 1; quae (naues) ex eo loco a ⟨*c*⟩ milibus passuum octo uento tenebantur: IV 22, 4; copias ... conuenisse neque longius milia ⟨*M*[3]*;* milium α; milibus *recc.*⟩ passuum octo ab hibernis suis afuisse ⟨*c*⟩: V 53, 7; coactis equitum milibus VIII ⟨β; milibus *om. AB*[1]*M*[1]*;* VIII. *QB*[2]*M*[2]⟩ et peditum circiter CCL ⟨*c*⟩ haec in Haeduorum finibus recensebantur: VII 76, 3; duplicatoque eius diei itinere VIII milia ⟨mil. *a*⟩ passuum ex eo loco procedit: 3, 76, 3.

(**B. additur alius numerus** *u.* **duodeseptuaginta, duodetriginta, duodeuiginti** *p. 979 et 980.*)

Octodurus. *Cf. Glück p. 133; F. de Saulcy, Rev. arch. N. S. III p. 439 sqq.; IV p. 1 sqq.*

constituit (Galba) ... ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in uico Veragrorum, qui appellatur Octodurus ⟨octodorus *B*[2]*a*⟩, hiemare. qui uicus positus in ualle non magna adiecta planitie altissimis montibus undique continetur: III 1, 4. 5; *cf. qu. sqq. c.* 1—6.

octogeni: quae (turres) pedes LXXX inter se distarent: VII 72, 4.

Octogesa. *Cf. Rud. Schneider, Ilerda. Berl. 1886. p. 36 sqq; Stoffel, Hist. de J. César I. p. 272 sq.*

toto flumine Hibero naues conquiri et Octogesam ⟨*Hotom.;* conquirere totogesma *Nx;* conquirere et octogesam *O; edd.*⟩ adduci iubent. id erat oppidum positum ad Hiberum miliaque ⟨mil. V *x*⟩ passuum a castris aberat XXX ⟨*Göl.;* XX *x; Np., Db.*⟩: 1, 61, 4; nam quae ⟨*c*⟩ itinera ad Hiberum atque Octogesam ⟨otogesam *Nahl*⟩ pertinebant, castris hostium oppositis tenebantur: 1, 68, 1; uti ipse ... mutato itinere iugis Octogesam ⟨otogensam *al;* octogensam *(a?)fh*⟩ perueniret: 1, 70, 4.

octogies: ciues Romanos eius prouinciae sibi ad rem publicam administrandam HS ⟨CH *x*⟩ CLXXX ⟨LXXXX *O*⟩ et argenti pondo ⟨*c*⟩ XX milia ... polliceri coegit: 2, 18, 4.

octoginta. **A. non add. alius numerus:** erant ... legiones Afranii III ..., praeterea scutatae citerioris prouinciae et caetratae [ulterioris Hispaniae] cohortes circiter LXXX: 1, 39, 1; cohortes in acie LXXX ⟨LXX *h;* LXXV *Np.*⟩ constitutas habebat, quae summa erat milium XXII: 3, 89, 2; ¶ neque longius ab *eo milibus passuum LXXX in *Oceanum influit: IV 10, 2; cuius fines a maritimis ciuitatibus flumen diuidit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum LXXX: V 11, 8; milia hominum delecta LXXX ⟨XXXX *Göl.*⟩ una secum ⟨.LXXX. delecta secum β⟩ interitura demonstrat: VII 71, 3; quid hominum ⟨*c*⟩ milibus LXXX ⟨*B*[2]*M*[2]β; LXXXX α; XXXX *Göl.*⟩ uno loco interfectis propinquis ... nostris animi fore existimatis? VII 77, 8; ¶ nauibus circiter LXXX ⟨β; *Oros.;* octingentis octoginta α⟩ onerariis coactis: IV 22, 3; ¶ aggerem latum pedes CCCXXX, altum pedes LXXX ⟨XXXX *Göl.*⟩ exstruxerunt: VII 24, 1; (quae (turres) pedes LXXX inter se dista-

rent: VII 72, 4;) aggerem in altitudinem pedum LXXX exstruit: 2, 1, 4.

(denique ex omni ⟨c⟩ numero . . . uix DCCC ⟨octoginta *Orosius*⟩ . . . incolumes ad Vercingetorigem peruenerunt: VII 28, 5;) ex his circiter **LXXX** interfectis . . . in castra se receperunt: 3, 37, 7.

B. add. alius numerus: signaque militaria ex proelio ad Caesarem sunt relata **CLXXX** et aquilae VIIII: 3, 99, 4.

octoni: imperant . . . octona (milia) Pictonibus et Turonis ⟨c⟩ et Parisiis et Heluetiis: VII 75, 3; ¶ huius generis octoni ordines ducti ⟨c⟩ ternos inter se pedes distabant: VII 73, 8.

oculus. A. propr.; a) subi.: at luce ⟨*Ciacc.*; ad lucem *z*⟩ multum per se pudorem ⟨*del. Ciacc.?*⟩ omnium oculos ⟨*Ciacc.*; oculis *z*⟩, multum etiam tribunorum militum et centurionum praesentiam ⟨praesentium *O*[1]*af*⟩ adferre ⟨at lucem mult. p. se pud. omn. oculis *edd.*; at luce multum posse pudorem omnium sub oculis, metum *Paul*⟩: 1, 67, 4; ¶ omnium oculis mentibusque ad pugnam intentis celeriter ad . . . munitiones peruenerunt: III 26, 2.

b) obi.: quattuorque ex una cohorte centuriones oculos amiserunt: 3, 53, 3; ¶ leuiore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittit: VII 4, 10; ¶ intendere: III 26, 2 *u.* **a)**.

c) gen.: sese . . . ne uultum quidem atque aciem oculorum dicebant ferre potuisse: I 39, 1.

(**d) dat.:** 1, 67, 4 *u.* **a)**.)

e) abl.: quod (flumen) . . . in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit: I 12, 1.

f) c. praep.: cum sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur: V 16, 1; pastoresque Domitii ⟨c⟩ spe libertatis excitati sub oculis domini ⟨dominis *hl*⟩ suam probare operam studebant: 1, 57, 4; (1, 67, 4 *u.* **a)**;) neque uero id ⟨c⟩ Caesarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detrimento perterritum exercitum sustinere non posse: 1, 71, 1.

B. trsl.: Cottaeque et Titurii calamitatem, qui in eodem ⟨c⟩ occiderint castello ⟨o⟩, ante oculos ponunt: VI 37, 8.

odi: omnes autem homines natura libertati ⟨c⟩ studere ⟨c⟩ et condicionem seruitutis odisse: III 10, 3; ¶ fauere et cupere (Dumnorigem) Heluetiis propter eam adfinitatem, odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos: I 18, 8.

odium. A. obi.: quasi non et ⟨c⟩ felicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiam imperatoribus et res aduersae odia concilient ⟨*Ohl*; colligent *af*; colligant *edd.*⟩: 2, 31, 3; ¶ quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt: *ap. Cic. ad Att.* IX 7 *C*, 1; ¶ merere: VI 5, 2 *u.* **C.**

B. abl.: orant, ut ⟨c⟩ sibi parcat ⟨o⟩, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant: VI 9, 7; ¶ ne per uim oppidum expugnari pateretur, ne grauius permoti milites et defectionis odio et contemptione ⟨c⟩ sui et diutino labore omnes puberes interficerent: 2, 13, 3.

C. c. praep.: ne quis aut ⟨c⟩ ex huius iracundia aut **ex** eo quod meruerat odio ciuitatis motus exsistat ⟨*u. CC*⟩: VI 5, 2.

odor: uti autem ipsos ualetudine non bona cum angustiis loci et odore taetro ex multitudine cadauerum . . ., tum: 3, 49, 3.

offendo. A. = laedere: ne eius supplicio Diuiciaci animum offenderet uerebatur: I 19, 2.

B. = improbare alqd in alqo: at, credo, [si] Caesarem probatis, in ⟨*N*; iam *z*⟩ me offenditis: 2, 32, 10.

C. = calamitatem accipere: serius a terra prouectae naues neque usae nocturna aura in redeundo offenderunt: 3, 8, 2; ¶ nullum eius modi casum exspectans, quo nouem oppositis legionibus maximoque equitatu, dispersis ac paene deletis hostibus in milibus passuum tribus offendi posset: VI 36, 2; non . . recordabantur . . ., quotiens uel ducis uitio uel culpa tribuni in exercitu ⟨exercitum *Nz*⟩ esset offensum: 3, 72, 4.

offensio. A.: petit atque hortatur, ut sine eius offensione animi uel ipse de eo causa cognita statuat uel ciuitatem statuere iubeat: I 19, 5.

B.: magnam tamen haec res illis offensionem et contemptionem ad omnes attulit ⟨intulit *l*[1]⟩: 3, 60, 2.

C.: quicumque alterum obsidere conati sunt, perculsos atque infirmos hostes adorti aut proelio superatos aut aliqua ⟨alia *Kraff.*⟩ offensione permotos continuerunt: 3, 47, 2.

offero. A. alqm, alqd = *παρέχειν, παραδιδόναι*; a) alqm; α): coactis † una XL ⟨c⟩ cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit: VII 87, 5; ¶ maxima pars Aquitaniae sese Crasso dedidit obsidesque ultro misit ⟨obtulit β; detulit *f*⟩: III 27, 1; ¶ Caesar necessariis rebus imperatis ad cohortandos milites, quam ⟨in *add. X*; *edd.*;

ego del.⟩ partem fors obtulit, decucurrit ⟨*c*⟩: II 21, 1; ¶ Germani frequentes omnibus principibus maioribusque natu adhibitis ad eum in castra uenerunt. . . . quos sibi Caesar oblatos gauisus ⟨β; grauius α⟩ illos ⟨*CC*⟩ retineri iussit: IV 13, 6.

β) se: quoniam sit fortunae ⟨*o*⟩ cedendum, ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satis facere seu uiuum tradere uelint: VII 89, 2; non nullos ambitus . . . damnatos . . . in integrum restituit, qui ⟨quod *Ciacc.*⟩ se illi initio ⟨*c*⟩ ciuilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti uellet: 3, 1, 5.

b) alqd: quod Germani . . . ad castra Romanorum delati optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant ⟨*A(?); Ald., Schn.*; obtulerant beneficium β; benef. obtulerunt *A(?)QB; plur. edd.*; benef. obtinuerunt *M*⟩: VI 42, 3; Caesaris beneficia imminuerat ⟨*Jurinius*; beneficium mutauerat *x*⟩ consuetudo, qua offerrentur ⟨offerentur *Nl*[1]; munera *add. Oehler*; *Db.*; munerum consuetudo, quae off. *E. Hoffm.*; [qua offerrentur] *Dt.*⟩: 2, 29, 3; ¶ Petreius atque Afranius oblata facultate in castra sese referunt: 1, 72, 5; ¶ (munera: 2, 29, 3 *u.* beneficium;) ¶ omnium consensu ad eum defertur imperium. qua oblata potestate omnibus his ciuitatibus obsides imperat: VII 4, 7; ¶ ubi cuique ⟨*c*⟩ aut ualles abdita aut locus siluestris aut ⟨locis siluestribus β⟩ palus impedita spem praesidii aut salutis aliquam offerebat, consederat: VI 34, 2; hac ⟨*add. HJMüller; om. X; edd.*⟩ oblata ⟨oblecta *M*[1]; obiecta *M*[2]⟩ spe ⟨oblata tanta spe *Paul*⟩ Germani . . . praedam in occulto relinquunt; ipsi . . .: VI 35, 10; ¶ sic terror oblatus ⟨*recc.*; terrore oblato *x*; *edd.*⟩ a ducibus, crudelitas in supplicio, noua religio iuris iurandi spem praesentis deditionis sustulit: 1, 76, 5.

B. se **offerre** *et* **offerri = occurrere; a) se**: frater . . . incitato equo se hostibus obtulit atque interfectus ⟨*o*⟩ est: IV 12, 6; qui se ultro morti offerant facilius reperiuntur ⟨*c*⟩ quam qui dolorem patienter ferant: VII 77, 5; *futurum*, ut . . . ii ⟨*c*⟩, qui ante dimicare timuissent, ultro se proelio offerrent: 3, 73, 6.

b) offerri: hostes . . . ad legatos atque exercitum supplices manus tendunt. qua noua re oblata omnis administratio belli consistit: 2, 12, 1 (*Np.* 2).

officina: armorum officinas in urbe instituerant: 1, 34, 5.

officium. A. notione obiectiua = munus, negotium, beneficium; a) = munus (negotium), quod uel susceptum uel mandatum tueri (uel conficere) debemus (Pflicht); α) eorum, qui imperium (magistratum, legationem) obtinent (= Stellung); αα) praed.: neque se ignorare, quod esset officium legati ⟨-to *h pr.*⟩, qui fiduciariam operam obtineret ⟨*u. CC*⟩: 2, 17, 2.

ββ) obi.: Bibulus . . . grauiore morbo . . . implicitus, cum neque curari posset neque susceptum officium deserere uellet, uim morbi sustinere non potuit: 3, 18, 1.

γγ) dat.: controuersias regum ad populum Romanum et ad se, quod esset consul, pertinere existimans atque eo magis officio suo conuenire, quod superiore consulatu cum patre Ptolomaeo . . . societas erat facta: 3, 107, 2; ¶ III cohortes Orici oppidi tuendi causa reliquit isdemque custodiam nauium longarum tradidit. . . . huic officio oppidoque M.' Acilius ⟨*c*⟩ legatus praeerat: 3, 39, 1; ¶ toti tamen officio maritimo M. Bibulus praepositus cuncta administrabat: ad hunc summa imperii respiciebat: 3, 5, 4; naues . . . Brundisium a Caesare remittuntur, ut reliquae legiones equitatusque transportari possent. huic officio praepositus erat Fufius Calenus legatus, qui celeritatem in transportandis legionibus adhiberet: 3, 8, (1.) 2.

β) eorum, qui alterius imperio parere debent (= fides, obsequium); αα) ab: cur hunc (Ariouistum) tam temere quisquam ab officio discessurum iudicaret? I 40, 2.

ββ) in: in officio continere *u.* **contineo** *p. 713* **c)** *(4 loc.)*; ¶ se suosque omnes in officio futuros ⟨confirmat *add.* β⟩ neque ab amicitia populi Romani defecturos confirmauit: V 3, 3; ¶ consolatus Indutiomarum hortatusque est, uti in officio maneret: V 4, 2; ¶ Cingetorigi, quem ab initio permansisse in officio demonstrauimus, principatus atque imperium est traditum: VI 8, 9; ¶ Caesar principibus cuiusque ciuitatis ad se euocatis ⟨*c*⟩ . . . magnam partem Galliae ⟨gallorum β⟩ in officio tenuit: V 54, 1.

γ) aliorum; αα) obi.: qui ab eo missi erant, confecto legationis officio liberius cum militibus regis conloqui coeperunt: 3, 103, 4; ¶ Afranius et Petreius et Varro, legati Pompei, . . . officia inter se partiuntur, uti Petreius . . . cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur, Varro . . . ulteriorem Hispaniam tueatur: 1, 38, 1. (2); ¶ ego certe meum rei publicae atque imperatori officium praestitero: IV 25, 3; in appellandis cohortandisque militibus imperatoris et in pugna militis officia praestabat (Cotta): V 33, 2; reliquos enim omnes offi-

cium suum praestitisse: se ⟨*Ald.; om. codd.*⟩, qui . . .; exercitum suum, qui . . .; illius denique exercitus milites, qui: 1, 85, 2; cum militibus regis conloqui coeperunt eosque hortari, ut suum ⟨si uim *a*⟩ officium Pompeio praestarent ⟨praestaret *NO¹x*⟩: 3, 103, 4.

ββ) **dat.**: sed satis iam fecisse (se) officio satisque supplicii tulisse: 1, 84, 3.

γγ) **gen.**: quibus quoniam pro pietate ⟨*c*⟩ satis fecerit, habere nunc se rationem officii pro beneficiis Caesaris: V 27, 7.

δδ) **abl.**: quod ⟨*c*⟩ a pueris nullo officio aut disciplina adsuefacti nihil omnino contra uoluntatem faciant: IV 1, 9.

εε) **c. praep.**: celeriter equitatus ad cotidianum itineris ⟨*del. Ciacc.*⟩ officium reuertitur: 1, 80, 4; — pauci lenunculi ad officium imperiumque ⟨que *om. a*⟩ conueniebant: 2, 43, 3.

b) = munus, quod ultro offerimus et praestamus, beneficium (Gefälligkeit, Dienstleistung); α) subi.: quos . . . Pompeius erat adhortatus, ne noua Caesaris officia ueterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent: 1, 34, 3.

β) **obi.**: exercitum cum militari more ad pugnam cohortaretur suaque in eum perpetui temporis officia ⟨-ium *a¹*⟩ praedicaret, in primis commemorauit: 3, 90, 1.

γ) **gen.**: habere se a Pompeio ad eum priuati ⟨priuatim *Nae*⟩ officii mandata demonstrat: 1, 8, 2; ¶ uos autem incerta ⟨*c*⟩ uictoria Caesarem secuti diiudicata iam belli fortuna uictum sequamini, cum uestri officii praemia percipere debeatis? 2, 32, 6.

δ) **c. praep.; αα) ex**: monuitque, ut ex sua amicitia omnia exspectarent et ex praeteritis suis officiis reliqua sperarent: 3, 60, 1.

ββ) **pro**: quam rem et paucis contigisse et pro magnis ⟨et a romanis pro maximis *(B²)β*⟩ hominum ⟨omnino *Paul; post* paucis *transponit Kran.*⟩ officiis consuesse tribui docebat: I 43, 4; quos (Haeduos et Remos) praecipuo semper honore Caesar habuit, alteros pro uetere ac perpetua erga populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis: V 54, 4.

B. notione subiectiua (= Pflichtgefühl, officii conscientia): ut quam primum intellegere posset, utrum apud eos pudor atque officium an timor plus ⟨*c*⟩ ualeret: I 40, 14; ¶ facere (eos) arroganter, cum aut de officio imperatoris desperare aut praescribere uiderentur ⟨*c*⟩: I 40, 10.

Ollouico: interim Teutomatus ⟨*c*⟩, Ollouiconis ⟨allouiconis β⟩ filius, rex Nitiobrogum, . . . cum magno equitum suorum numero et quos ex Aquitania conduxerat ad eum (Vercingetorigem) peruenit: VII 31, 5.

omitto. A. propr.: nostri omissis ⟨emissis β⟩ pilis gladiis rem gerunt ⟨*c*⟩: VII 88, 3.

B. trsl.: his rebus cum iter agminis nostri impediretur, non omittendum ⟨obmittend. *Ak*⟩ ⟨sibi *add.* β; *Schn., Np., Dt.*⟩ consilium Neruii existimauerunt ⟨*c*⟩: II 17, 5; ¶ Libo discessit a Brundisio obsessionemque ⟨obsidion. *O*⟩ nostrorum omisit: 3, 24, 4; ¶ qua ex frequentia T. Labienus prodit; † summissa oratione loqui de pace atque altercari cum Vatinio incipit ⟨*sic codd.; Np.;* sed omissa orat. de p. altercari . . . *Oud.*⟩: 3, 19, 5; ¶ itaque in praesentia Pompei sequendi rationem omittit, in Hispaniam proficisci constituit: 1, 30, 1; ¶ cohortatus Haeduos, ut . . . omnibus omissis ⟨his *uel* iis *add. codd.; Schn., Fr., Db.; del. Beroald.*⟩ rebus huic bello seruirent: VII 34, 1.

ut potius in nocendo aliquid praetermitteretur ⟨omitteretur β⟩, . . . quam cum aliquo militum detrimento noceretur: VI 34, 7.

omnino. A. = plane, prorsus; a) auget uim negationis: suisque imperauit, ne quod omnino telum in hostes reicerent: I 46, 2; cum . . . milites . . . hortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur: VII 24, 2; 1, 61, 2; VI 29, 2; VII 28, 2 *u.* **b) γ)**; ¶ Lentulus sententiam Calidii pronuntiaturum se omnino negauit: 1, 2, 5; ¶ sic uti ⟨*c*⟩ omnino pugnandi causa resisteret nemo: V 51, 5; sed in castello nemo fuit omnino ⟨omnium *f*⟩ militum, quin ⟨qui non *Of*⟩ uulneraretur: 3, 53, 3; ¶ neque se cum Belgis reliquis consensisse neque contra populum Romanum ⟨omnino *add.* β; *Flod.*⟩ coniurasse: II 3, 2; ¶ quod ⟨*c*⟩ a pueris nullo officio aut disciplina adsuefacti nihil omnino contra uoluntatem faciant: IV 1, 9; quod unde agger omnino ⟨*post* nihil *transponit Terpstra*⟩ comportari posset, nihil erat reliquum, omnibus arboribus longe lateque in finibus Massiliensium excisis et conuectis: 2, 15, 1; quarum rerum nihil omnino acciderat: 2, 43, 2; ¶ [uinum ad se omnino ⟨omn. ad se β⟩ importari non sinunt ⟨patiuntur β⟩: IV 2, 6;] Liger ex niuibus creuerat, ut omnino uado non posse transiri ⟨-ire β⟩ uideretur: VII 55, 10; quo omnino Caesar adire non poterat: 1, 49, 2; ¶ an paenitet uos, quod saluum atque incolumem exercitum nulla omnino naue desiderata traduxerim? 2, 32, 12; ¶ ut nullus ⟨*c*⟩ perfidiae . . . locus esset nec quicquam omnino

relinqueretur, qua . . . noceri posset: 2,16,1; — ut . . . signa dimitterent neque quisquam omnino ⟨omnium *Manut.*⟩ consisteret: 3,69,4; ¶ cum ab his saepius quaereret neque ullam omnino uocem exprimere posset: I 32,3; uti ex ⟨c⟩ tanto nauium numero tot nauigationibus neque hoc neque superiore anno ulla ⟨nulla β⟩ omnino nauis, quae milites portaret, desideraretur: V 23,3.

b) in enuntiato non negatiuo; α): praeter consuetudinem omnium ⟨omnino *Paul*⟩ noctu *instituerant pabulari: 1,59,3.

β): quae quidem ego aut omnino falsa aut certe minora opinione esse confido: 2,31,5; ¶ quibus rebus nostri perterriti atque huius omnino generis ⟨o⟩ pugnae imperiti non eadem alacritate . . . utebantur ⟨c⟩: IV 24,4.

γ): docent, si omnino turris concidisset, non posse ⟨c⟩ milites contineri, quin . . . inrumperent: 2,12,4 (*Np.* 5); ¶ quod . . . suam fugam aut occultari aut omnino ignorari posse existimarent: I 27,4; ¶ magnum in timorem Afranius Petreiusque perueniunt, ne omnino frumento pabuloque intercluderentur: 1,61,2; ¶ ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret: VI 29,2; ueriti, ne omnino spes fugae tolleretur: VII 28,2.

B. = si omnia animo complectimur, in uniuersum; additur a) numeris: erat omnino in Gallia ulteriore legio una: I 7,2; quod flumen uno omnino loco pedibus, atque hoc aegre, transiri potest: V 18,1; quas inter (segetes) et castra unus omnino collis intererat: VI 36,2; ¶ erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: I 6,1; eo duae omnino ciuitates ex Britannia obsides miserunt, reliquae neglexerunt: IV 38,4; ¶ nostri . . . compluribus interfectis V omnino suorum amissis quietissime *se* receperunt: 3,46,6; ¶ castra mouet . . . VII omnino dies ad Corfinium commoratus: 1,23,5; ¶ cum Caesar omnino XII naues longas praesidio duxisset: 3,7,2; ¶ diebus omnino XVIII ⟨c⟩ trans Rhenum consumptis: IV 19,4.

quod omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum metiri oporteret: I 23,1.

b) aliis uocibus: sibi autem mirum uideri, quid in sua Gallia . . . aut Caesari aut omnino populo Romano negotii esset: I 34,4; (quam rem et paucis contigisse et pro magnis ⟨c⟩ hominum ⟨omnino *Paul*⟩ officiis consuesse tribui docebat: I 43,4;) sic omnino ⟨omnium β; *Schn.*⟩ animos timor praeoccupauerat ⟨occupauerat β⟩, ut: VI 41,3; 2,15,1 *u.* **A. a)** nihil; prius ad continentem uisus ⟨c⟩ est Caesar, quam de eius aduentu fama omnino ⟨*om. f*⟩ in eas regiones perferretur: 3,7,3.

omnis. I. Forma. *Acc. plur.* omnis *his locis in his codd. inueniri editores dicunt:* III 8,3 *et* VI 34,1 *et* VII 16,3 *et* 29,3 *in X(?);* VII 9,2 *in αa;* VI 34,1 *in AQ*β; I 51,1 *et* VI 43,4 *et* VII 18,3 *in α;* VII 14,4 *in AQa;* VII 10,2 *et* 36,1 *in Ba;* II 3,4 *in* B^2β; II 5,4 *in* B^2*a;* V 53,2 *in* B^1*;* V 2,3 *in afk;* IV 13,6 *et* VI 27,4 *et* 35,4 *et* VII 17,7 *et* 45,3 *et* 1,85,2 *in a;* II 1,1 (*et* V 19,2) *in h;* I 44,3 *in* B^2*; ap. Prisc.* VI 36. — *Reliquis locis (65 belli Gallici, 38 belli ciuilis) omnes codd. uidentur habere* omnes.

II. Signif.; 1. non additur pronomen neque adi. reliquus; A. ui adiectiui; a) singulari numero; α) pertinet ad singula subst.; αα) appellatiua; a) additur subst.: Caesar paene omni acie perterrita . . . legionem nonam subsidio ducit: 1,45,1; omnis Vari acies terga uertit seque in castra recepit: 2,34,6; ¶ si ⟨c⟩ illorum nuntiis confirmari non potestis omni aditu praesaepto: VII 77,11; ¶ magnitudo operum, . . . multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat: 2,2,5; qua noua re oblata omnis administratio belli consistit: 2,12,1 (*Np.* 2); ¶ Auximo ⟨c⟩ Caesar progressus ⟨c⟩ omnem agrum Picenum percurrit: 1,15,1; ¶ magnum numerum . . . sagittariorum aggeremque omnem noctu in scaphas . . . imponit: 3,62,2; ¶ quod omnem apparatum belli, tela, arma, tormenta ibi conlocauerat: 3,44,1.

cum uideat omne ad se bellum translatum: VII 8,4.

erat in celeritate omne positum certamen: 1,70,1; ¶ nam omnis ciuitas Heluetia in quattuor pagos diuisa est ⟨*u. CC*⟩: I 12,4; unum se esse ex omni ciuitate Haeduorum, qui: I 31,8; cum prope omnis ciuitas eo conuenisset: VII 33,3; — ciuitatem esse omnem ⟨omn. esse *a*⟩ in armis: VII 32,5; ¶ ab oppido et ponte et commeatu omni, quem in oppidum contulerant ⟨-rat *ahl*⟩, se interclusurum aduersarios confidebat: 1,43,2; ¶ neque honestius reperies quicquam quam ab omni contentione abesse: *ap. Cic. ad Att.* X 8 *B*, 2; — ut superioris temporis ⟨superiore tempore *Ciacc.*⟩ contentionem ⟨contempt. *Ohl*⟩ nostri omnem remiserant, ita proximi diei casu admoniti omnia ad defensionem parauerant: 2,14,6; ¶ quos ex omni copia singuli singulos suae ⟨o⟩ salutis causa delegerant: I 48,5.

quae res omnem dubitationem aduentus legionum expulit: V 48, 10.

(Haeduos) omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse: I 31, 6; eo . . . sedecim milia expedita cum omni equitatu Ariouistus misit: I 49, 3; omnem equitatum et leuis armaturae Numidas, funditores sagittariosque pontem traducit: II 10, 1; omnem equitatum, qui nouissimum agmen moraretur, praemisit: II 11, 3; qui (praefecti) cum omni equitatu antecesserant: IV 11, 6; Caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio ⟨o⟩ misit: IV 37, 2; cum Caesar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset: V 17, 2; prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius uagabatur: V 57, 3; subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit: V 58, 4; Minucium ⟨c⟩ Basilum cum omni equitatu praemittit: VI 29, 4; quod cum omni equitatu discessisset: VII 20, 1; discit cum omni equitatu Litauiccum ad sollicitandos Haeduos profectum: VII 54, 1; fugato omni equitatu Vercingetorix copias ⟨c⟩ reduxit: VII 68, 1; consilium capit omnem ab ⟨c⟩ se equitatum noctu dimittere ⟨c⟩: VII 71, 1; cum . . . legiones . . . flumen transissent impedimentaque ⟨iumentaque *Paul*⟩ et omnis equitatus sequeretur: 1, 40, 3; ad hos opprimendos cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius . . . proficiscitur: 1, 51, 4; — equitatumque omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni prouincia . . . coactum habebat, praemittit: I 15, 1; equitatumque omnem ante se mittit: I 21, 3; equitatumque omnem et peditum milia X sibi celeriter mitterent: VII 34, 1; legiones expeditas quattuor equitatumque omnem ex castris educit: VII 40, 1; legiones IIII ⟨c⟩ equitatumque omnem traiecit: 1, 40, 4; legiones reuocat, equitatum omnem conuenire iubet: 1, 82, 2; equitatuque omni fere incolumi . . . magnum peditum numerum interficiunt: 2, 26, 4; simul ab sinistro cornu P. Attii equitatus omnis et una leuis armaturae ⟨c⟩ interiecti complures . . . cernebantur: 2, 34, 2; equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit: 2, 38, 3; eo legiones XII, equitatum omnem uenire iusserat: 3, 2, 1; subito exercitus regius equitatusque omnis uenire Alexandriam nuntiatur: 3, 109, 1; ¶ tantus subito timor omnem exercitum occupauit, ut: I 39, 1; in conspectu Caesaris atque omnis exercitus res gerebatur: III 14, 8; omnemque exercitum discessisse cognoscunt: VI 35, 7; simili omnem exercitum inopia premi, nec iam uires sufficere cuiusquam: VII 20, 11; consilia inibat, quem ad modum . . . rursus omnem exercitum contraheret ⟨c⟩: VII 43, 5; Caesar omni exercitu ad utramque partem munitionum ⟨c⟩ disposito . . . equitatum ex castris educi ⟨c⟩ . . . iubet: VII 80, 1; postero die omnem exercitum intra fossam continet: 1, 42, 1; grauis autumnus : . . omnem exercitum ualetudine temptauerat: 3, 2, 3; atque idem omnis exercitus iurat: 3, 13, 4; sic . . . exercitum constituebat, ut tertia acies uallum contingeret, omnis quidem instructus exercitus telis ex uallo abiectis ⟨c⟩ protegi posset: 3, 56, 2; quo minus omnis deleretur exercitus: 3, 70, 1; — exercitui ⟨exercitu *Np.*⟩ quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor: 3, 74, 2; ¶ quin paene circumuallati atque omni exitu et pabulatione interclusi uiderentur: VII 44, 4.

neque omni interposita fide firmum esse posse: 1, 86, 2; ¶ omnis fortuna: III 8, 3 *u.* **B. a) α) αα) B)** ferre; ¶ quod omni ex reliquis partibus demesso frumento pars ⟨o⟩ una erat reliqua: IV 32, 4; consumpto omni frumento . . . consultabant: VII 77, 1; quod Afranius paene omne frumentum ante Caesaris aduentum Ilerdam conuexerat: 1, 48, 5; — frumentum omne, praeterquam ⟨c⟩ quod secum portaturi erant, comburunt: I 5, 3; quod ibi impedimenta exercitus, obsides ciuitatum, litteras publicas frumentumque omne, quod eo . . . deuexerat, relinquebat: V 47, 2; frumentum omne ad se referri iubet: VII 71, 6; ut . . . naues frumentumque omne ibi contineret: 2, 18, 6; frumentumque omne conquisitum . . . comportarat: 3, 42, 5.

circiter CCXX ⟨c⟩ naues eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae . . . nostris aduersae constiterunt: III 14, 2; quod apud eos magnae sunt ferrariae atque omne genus cuniculorum notum atque usitatum est: VII 22, 2; multitudine sagittarum atque omnis generis ⟨omni genere β⟩ telorum multos uulneratos: VII 41, 3; easque (turres) multis tormentis et omni genere telorum completas ad opera Caesaris adpellebat: 1, 26, 1; Caesaris exercitus **cum* optima ualetudine summaque aquae copia utebatur, tum commeatus omni genere praeter frumentum abundabat: 3, 49, 6.

ubi uero ea pars turris . . . munita est ab omni ictu hostium: 2, 9, 5; ¶ Trinobantibus . . . ab omni militum iniuria prohibitis: V 21, 1; ¶ magnae fuit fortunae omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto . . . ipsum effugere mortem: VI 30, 2; ¶ ita omnis insula est in circuitu uicies centum milium passuum: V 13, 7;

¶ omni ad Hiberum intercluso itinere . . . castra communit: 1, 72, 5; tum uero omni interclusus itinere ad Caesarem mittit: 2, 20, 7; ¶ omnis iuuentus, omnes etiam grauioris aetatis . . . eo conuenerant: III 16, 2; ut omnis iuuentus, quae in oppido remanserat, omnesque superioris aetatis cum liberis atque uxoribus . . . ad caelum manus tenderent: 2, 5, 3.

ad omnem laborem animo parati imperio paruerunt: 3, 95, 1; ¶ celeriter ignem comprehenderunt et uenti magnitudine in omnem locum castrorum ⟨castrorum locum β⟩ distulerunt: V 43, 2; infirmis auxiliis proficisci non dubitauerat aeque ⟨*Np.;* atque *codd.*⟩ omnem sibi locum tutum fore existimans: 3, 106, 3.

quo facilius omne Hadriaticum mare . . . in potestate haberet: 1, 25, 3; ¶ interim omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum . . . conuenit: II 12, 4; ad hunc se confestim a Pulione omnis multitudo conuertit: V 44, 10; hostes ab se discessisse omnemque ad eum multitudinem conuertisse: V 49, 3; conclamat omnis multitudo et suo more armis concrepat: VII 21, 1; ut . . . interscinderent, omnis uero ex castris multitudo ad restinguendum concurreret: VII 24, 5; omnis sese multitudo ⟨ad cognoscendum *add. Ohl*⟩ effudit: 2, 7, 3; Androsthenes . . . omnem ex agris multitudinem seruorum ac liberorum in oppidum cogit: 3, 80, 3; equites . . . uniuersi procucurrerunt ⟨*c*⟩ omnisque multitudo sagittariorum se profudit: 3, 93, 3; in hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui praedicabat: 3, 106, 4; ¶ milites disponit . . ., ut contingant inter se atque ⟨ aeque *fhl*⟩ omnem ⟨*om. l*⟩ munitionem expleant: 1, 21, 3.

natio omnis: VI 16, 1 *u.* **b)** α) ββ) **a)** Galli; ¶ omnis nobilitas: I 31, 6 *u.* equitatus; ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur: V 3, 6; non sine causa fieri, ut Gallia omni nobilitate spoliaretur: V 6, 5; omni nobilitate Haeduorum interfecta: VI 12, 3; (omnis noster equitatus, omnis nobilitas interiit ⟨periit *h*⟩: VII 38, 2;) ¶ ut perpaucae ex omni numero noctis interuentu ad terram peruenerint ⟨*c*⟩: III 15, 5; denique ex omni ⟨eo *add.* β; omni ex *Kr., Dt.*⟩ numero, qui fuit circiter milium XL, uix DCCC . . . incolumes ad Vercingetorigem peruenerunt: VII 28, 5; duces hostium LX milia ⟨*c*⟩ ex omni numero deligunt: VII 83, 4.

eo cum de improuiso celeriusque omni ⟨omnium *E; Flod.*⟩ opinione uenisset: II 3, 1; ¶ quae . . . cum omni opere coniunctae uim fluminis exciperent: IV 17, 9; diebus decem . . . omni opere ⟨ponte β⟩ effecto exercitus traducitur: IV 18, 1; sic deinceps omne opus contexitur: VII 23, 4; ¶ huius est ciuitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum: III 8, 1; omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta: III 8, 5; eiusque rei causa omni ora maritima classem disposuerat: 3, 5, 2; si . . . se ⟨*c*⟩ omni maritima ora excludere conaretur: 3, 78, 4; ¶ quem ⟨*c*⟩ ubi Caesar intellexit praesentis periculi atque inopiae uitandae causa omnem orationem ⟨rationem *Ofh*[1]⟩ instituisse: 3, 17, 6.

capilloque sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum superius: V 14, 3; tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati turrisque succensa est: V 43, 7; (speculatoribus in omnes partes ⟨omnem partem β⟩ dimissis explorat: V 49, 8;) totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerant: VII 22, 3; nec prius . . . quam restincto aggere atque omni ⟨ea *add.* α; ex *Ciacc.; om.* β; *Schn.*⟩ parte summotis hostibus finis est pugnandi factus: VII 25, 4; erat e regione oppidi collis . . . egregie munitus atque ex omni parte circumcisus: VII 36, 5; exploratores hostium, ut omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes . . . ab nostris opprimuntur: VII 61, 1; Pompeius . . . uineis eam ⟨omnem *Paul*⟩ partem castrorum obtexit: 3, 54, 1; ¶ pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit: 2, 18, 2; ¶ quae (oppida) non munitione et loci natura ab omni sint periculo tuta: VII 14, 9; qui liberandos omni periculo censerent: 3, 83, 4; ¶ (omnis pons: IV 18, 1 *u.* opus;) ¶ stipendiumque equitum fraudabant et praedam omnem domum auertebant: 3, 59, 3; ¶ (omne praesidium: II 11, 5 *u.* **B. a)** α) αα) **A)** ponere;) ¶ equitatumque omnem ad numerum quattuor milium, quem ex omni prouincia et Haeduis atque eorum sociis coactum habebat, praemittit: I 15, 1; quod omnem prouinciam consentire intellegebat: 1, 30, 3; multum (frumentum) ex omni prouincia comportabatur: 1, 49, 1; magnam iumentorum atque hominum multitudinem ex omni prouincia *euocat: 2, 1, 4; consentire omnem citeriorem prouinciam: 2, 17, 3; — prouinciam omnem in sua et Pompei uerba ius iurandum adigebat: 2, 18, 5; prouinciam enim omnem Caesaris rebus fauere cognouerat: 2, 18, 6.

quod fuit illis conandum atque omni ratione efficiendum: 1, 65, 5; qua re omni ratione esse interdiu perrumpendum: 1, 67, 5; —

Caesar a ⟨c⟩ superioribus consiliis depulsus omnem sibi commutandam belli rationem existimauit: 3, 73, 1; eoque omnem belli rationem conferre constituit: 3, 81, 3; ¶ libera ⟨sint *add. Vielh.*⟩ comitia atque omnis res publica senatui populoque Romano permittatur: 1, 9, 5.

cum . . . recentes defessis succederent omnemque Galliae salutem in illo uestigio temporis positam arbitrarentur: VII 25, 1; Galli, nisi perfregerint munitiones, de omni salute desperant: VII 85, 3; ¶ omnis senatus: I 31, 6 *u.* equitatus; Caesar Remos cohortatus . . . omnem senatum ad se conuenire . . . iussit: II 5, 1; itaque omni senatu necato reliquos sub corona uendidit: III 16, 4; cum is omnem ad se ⟨ad se omn. β⟩ senatum uenire iussisset: V 54, 3; — in Haeduos proficisci statuit senatumque omnem et quos inter controuersia esset ad se Decetiam euocauit: VII 33, 2; ¶ atque inferiore omni spatio uacuo relicto superiorem partem collis . . . castris compleuerant: VII 46, 3; ¶ cum in una uirtute omnis spes salutis ⟨*om.* β⟩ consisteret: II 33, 4; erumperent atque omnem spem salutis in uirtute ponerent: III 5, 3; cum omnis Gallicis nauibus spes in uelis armamentisque consisteret: III 14, 7; omni spe impetrandi adempta: V 6, 4; Cassiuellaunus . . . omni deposita spe ⟨spe depos. β⟩ contentionis . . . itinera nostra seruabat: V 19, 1; tamen omnem spem salutis ⟨salutis spem β⟩ in uirtute ponebant: V 34, 2; quod omnem spem hostes in celeritate ponebant: V 39, 4; quod omnem rei frumentariae fluminisque Hiberi spem dimiserant: 1, 73, 1; — suosque hortatur, ut spem omnem in uirtute reponant: 2, 41, 3.

ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut: I 11, 3; ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent: I 43, 7; Bellouacos omni tempore in fide atque amicitia ciuitatis Haeduae ⟨o⟩ fuisse: II 14, 2; qui (corus) magnam partem omnis temporis in his ⟨c⟩ locis ⟨c⟩ flare consueuit: V 7, 3; ob eam causam spatia ⟨spatium β⟩ omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt: VI 18, 2; ¶ ipse omni terra ⟨ipse ora maritima *Paul*⟩ earum regionum prohibebatur: 3, 15, 1.

uita omnis in uenationibus atque in studiis rei militaris consistit: VI 21, 3; ¶ ut . . . his ereptis omnis usus nauium uno tempore eriperetur: III 14, 7.

b) antecedit subst.: post hos opus in occulto a III. acie fiebat. sic omne ⟨opus *add. f*⟩ prius est perfectum, quam: 1, 41, 5.

ββ) nom. propr.: Caluisius . . . summa omnium Aetolorum receptus uoluntate, praesidiis aduersariorum Calydone et Naupacto deiectis ⟨c⟩ omni Aetolia potitus est: 3, 35, 1; ¶ quem (locum) ex omni Gallia oportunissimum ac fructuosissimum iudicassent: I 30, 3; cum omnem Galliam occupauissent: I 33, 4; qua arrogantia in conloquio Ariouistus usus omni Gallia Romanis interdixisset: I 46, 4; ne omni pacata Gallia ad eos exercitus noster adduceretur: II 1, 2; qui patrum nostrorum memoria omni Gallia uexata Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerint: II 4, 2; his rebus gestis omni Gallia pacata tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est, uti: II 35, 1; quod omni Gallia pacata Morini ⟨uni *add. Paul*⟩ Menapiique supererant: III 28, 1; quod omnis Gallia ad septentriones ⟨c⟩ uergit: IV 20, 1; omnem esse in armis Galliam ⟨o. gall. esse i. a. β⟩: V 41, 3; in omni Gallia eorum hominum, qui aliquo ⟨c⟩ sunt numero . . ., genera sunt duo: VI 13, 1; in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concitauimus: VII 77, 7; nolite . . . temeritate uestra aut animi imbecillitate ⟨o⟩ omnem Galliam prosternere et perpetuae seruituti subicere ⟨c⟩: VII 77, 9; — Gallia est omnis diuisa in partes tres: I 1, 1; Caesarem . . . deterrere posse . . . Galliamque omnem ab Ariouisti iniuria posse defendere: I 31, 16; si Gallia omnis cum Germanis consentiret ⟨consentiat β⟩: V 29, 6; ¶ uti . . . Varro cum iis ⟨c⟩ quas habebat legionibus omnem ulteriorem Hispaniam tueatur: 1, 38, 2; ¶ si paruo labore magnas controuersias tollere atque omnem Italiam metu liberare possint: 1, 9, 1; neque (se) sibi iudicium sumpturos contra atque omnis Italia populus*que* Romanus iudicauisset: 3, 12, 2.

β) pertinet ad plura (bina) subst.: quod omnem commeatum totiusque belli apparatum eo contulisset: 3, 41, 3; ¶ ad eum omni ⟨omne (omnem?) a⟩ celeritate et studio incitatus ferebatur: 3, 78, 2; ¶ loco idoneo et occulto omnem exercitum equitatumque conlocauit: 3, 38, 1; — exercitus . . equitatusque omnis: 3, 109, 1 *u.* **α) αα) a)** equitatus; ¶ (omni exitu et pabulatione: VII 44, 4 *u.* **α) αα) a)** exitus;) ¶¶ cuius imperatoris ductu . . . omnem Galliam Germaniamque pacauerint: 1, 7, 6.

b) plural. num.; α) pertinet ad singula subst.; αα) appellat.; a) additur substant.: praestare ⟨c⟩ omnes perferre acerbitates, quam: VII 17, 7; ¶ quae (urbs) posita in

mo monte omnes aditus difficiles ha- : VII 36, 1; ¶ postero die omni- eius uici aedificiis incensis in prouin- reuerti contendit: III 6, 4; atque omnibus ı aedificiis occupatis reliquam partem s se eorum copiis aluerunt: IV 4, 7; deinde ɔus longe lateque aedificiis incensis se ⟨o⟩ ıtra receperunt: IV 35, 3; omnes uici atque ı aedificia, quae quisque conspexerat, in- bantur, ⟨pecora interficiebantur *add.* β⟩, a ex omnibus locis agebatur: VI 43, 2; ıue uastatis omnibus eorum agris, uicis :iisque incensis Caesar ⟨c⟩ exercitum re- ⟨c⟩: III 29, 3; omnibus eorum agris ua- , frumentis succisis, aedificiis ⟨que *add.* .censis . . . se . . . receperunt: IV 38, 3; ınes alarios ⟨alarios omnes β⟩ in ectu hostium pro castris minoribus con- .: I 51, 1; ¶ omnes amici consulum, ıarii Pompei atque eorum, qui ueteres :itias cum Caesare gerebant, in senatum tur; quorum . . .: 1, 3, 4; ¶ qui una Q. Sertorio omnes annos fuerant: III 23, .nibusque annis de loco ⟨c⟩ summis simul- s contendebant: V 44, 2; ¶ omnes o aut ab radicibus subruunt aut accidunt res: VI 27, 4; nihil erat reliquum omni- rboribus longe lateque in finibus Massi- ım excisis et conuectis: 2, 15, 1; ¶ :aditis omnibusque armis ex oppido is . . . in fines Ambianorum peruenit: II — armisque omnibus ex oppido tra- n deditionem Suessiones accepit: II 13, 1; ılius discessisset, alius . . . quieti se de- , arma uero omnia reposita contectaque : 2, 14, 1; arma omnia priuata ac publica num Gallonii contulit: 2, 18, 2; ¶ ɔmnium inuentorem artium ferunt: VI ¶ in summo iugo duas legiones . . . ınia auxilia conlocari . . . iussit ⟨*u.* I 24, 2; desperatis omnibus auxiliis portas t: 3, 11, 4.

tes auxiliaque . . . Celtiberiae, Cantabris ırisque omnibus, qui ad Oceanum per- , ab Afranio imperantur: 1, 38, 3; ¶ omnibus fere Gallicis bellis ⟨bellis ı β⟩ hostibus nostris inde subministrata , intellegebat: IV 20, 1; quod in omnibus ıingulari eius opera fuerat usus: V 25, 2; ıserat . . . equitum III milia, *quae* omni- ıperioribus bellis habuerat: 1, 39, 2; quo- ɔera Caesar omnibus Gallicis ⟨gallis *Oahl*⟩ ⟨*om. l*⟩ optima fortissimaque erat usus: .

ıentum ex finitimis regionibus atque ⟨ex *add. O*[1]*; edd.;* in *afh; om. l*⟩ omnibus castellis in urbem conuexerant: 1, 34, 5; item Lisso Parthinisque et omnibus castellis quod esset frumenti conquiri iussit ⟨*u. CC*⟩: 3, 42, 4; ¶ erat ex omnibus castris, quae summum undique iugum tenebant, despectus: VII 80, 2; omnibusque eos castris expulerunt: 3, 9, 7; ¶ itaque ad omnes casus subsidia comparabat: IV 31, 2; seque ad eruptionem atque omnes casus comparant: VII 79, 4; turrim ⟨c⟩ . . . militibus compleuit tuendamque ad omnes repentinos casus tradidit: 3, 39, 2; ¶ cum omnibus de causis Caesar pacatam Galliam existimaret: III 7, 1; ¶ infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi iubet: 1, 64, 5; ¶ quartae cohortis omnibus centurionibus occisis: II 25, 1; reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut uulneratis aut occisis: II 25, 1; hoc casu aquila conseruatur omnibus primae cohortis centurionibus interfectis praeter principem priorem: 3, 64, 4; ¶ se . . . eo fuisse contentum, quod omnibus ciuibus pateret: 1, 32, 2; ¶ omnes Galliae ciuitates ad se oppugnandum ⟨c⟩ uenisse ac contra se castra habuisse: I 44, 3; eodem equitatus ⟨o⟩ totius Galliae conuenit . . . principesque ex omnibus ciuitatibus: V 5, 3; omnes fere Galliae ciuitates de bello consultabant: V 53, 4; nocte una intromissis equitibus omnium finitimarum ciuitatum ⟨c⟩ . . . tanta diligentia omnes suos . . . continuit: V 58, 1; in Gallia non solum in omnibus ciuitatibus atque in omnibus pagis partibusque ⟨*del. Dauis.; Np., Fr.*⟩, sed paene etiam in ⟨β; *om.* α; *Np.*⟩ singulis domibus factiones sunt: VI 11, 2; namque omnes ciuitates in partes diuisae ⟨o⟩ sunt ⟨o⟩ duas ⟨o⟩: VI 11, 5; celeriter ad omnes Galliae ciuitates fama perfertur: VII 3, 2; ipse maiorem Galliae motum exspectans, ne ab omnibus ciuitatibus ⟨*om.* β⟩ circumsisteretur, consilia inibat: VII 43, 5; nominatim ex omnibus ciuitatibus nobilissimo quoque euocato: 1, 39, 2; ad quam diem magistratus principesque omnium ciuitatum sibi esse praesto Cordubae uellet: 2, 19, 1; — ciuitatesque omnes se statim Titurio dediderunt: III 19, 5; ¶ ibi in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit: IV 23, 2; atque omnibus eius iugi collibus occupatis, qua *dispici poterat, horribilem speciem praebebat: VII 36, 2; ¶ his rebus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiendis ⟨c⟩ XI dies tribuit: 3, 2, 1; ¶ ut ⟨c⟩ omnibus in uita commodis una cum iis ⟨c⟩ fruantur: III 22, 2; ¶ si coram de omnibus condicionibus

disceptetur: 1, 24, 6; ¶ ut ... omnia eius consilia cognosceret ⟨c⟩: V 7, 3; Caesar omnibus consiliis anteuertendum existimauit, ut Narbonem proficisceretur: VII 7, 3; ¶ fere de omnibus controuersiis publicis priuatisque constituunt: VI 13, 5; fore, uti per conloquia omnes controuersiae componantur: 1, 9, 6; ¶ ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: I 2, 1; ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit: I 26, 6; postquam omnes Belgarum copias in unum locum coactas ad se uenire uidit: II 5, 4; omnibus uicis aedificiisque ... incensis ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt: II 7, 3; Caesar equitatu praemisso subsequebatur omnibus copiis: II 19, 1; subito omnibus copiis prouolauerunt impetumque in nostros equites fecerunt: II 19, 6; cum omnibus copiis auxilio Neruiis uenirent: II 29, 1; omnibus copiis repente ⟨c⟩ ex oppido eruptionem fecerunt: II 33, 2; sic omnibus hostium copiis fusis armisque exutis se ... recipiunt: III 6, 3; productis omnibus copiis ... quid hostes consilii caperent exspectabat: III 24, 1; ipse omnes copias castris eduxit: IV 13, 6; ipse cum omnibus copiis in Morinos proficiscitur: IV 21, 3; imperat, uti coactis omnibus copiis castra naualia de improuiso adoriantur: V 22, 1; cum omnes ad eum Treuerorum copiae uenissent ⟨conuenissent β⟩: V 47, 4; docet omnes equitatus peditatusque ⟨*A*β; ped. equitatusque *BMQ*⟩ copias Treuerorum tria milia passuum longe ab ⟨c⟩ suis castris consedisse: V 47, 5; ad Caesarem omnibus copiis contendunt: V 49, 1; hac re cognita omnes Eburonum et Neruiorum quae conuenerant copiae discedunt: V 58, 7; sic omnino ⟨omnium β⟩ animos timor praeoccupauerat ⟨c⟩, ut paene alienata mente deletis omnibus copiis equitatum tantum ⟨c⟩ se ex fuga recepisse dicerent: VI 41, 3; statuunt, ut X milia hominum delecta ex omnibus copiis ⟨β; locis α; *Fr.*, *Db.*⟩ in oppidum mittantur ⟨c⟩: VII 21, 2; atque omnes illo ad ⟨c⟩ munitionem ⟨c⟩ copiae traducuntur: VII 45, 6; exposuit, quos et quam humiles accepisset, ... multatos agris, omnibus ereptis copiis ⟨sociis β⟩, imposito stipendio: VII 54, 4; inde ⟨c⟩ cum omnibus copiis ad Caesarem peruenit: VII 62, 10; cum omnibus copiis ad Alesiam perueniunt: VII 79, 1; omnes hostium copiae deleri potuissent: VII 88, 6; ad se cum omnibus copiis ueniret: 1, 19, 4; uti Petreius ex Lusitania per Vettones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur: 1, 38, 2; postero die omnibus copiis triplici instructa acie ad Ilerdam proficiscitur: 1, 41, 2; duabus auxiliaribus cohortibus Ilerdae praesidio relictis omnibus copiis Sicorim transeunt: 1, 63, 1; albente caelo omnes copias castris educit: 1, 68, 1; atque omnes copiae paucis praesidio relictis cohortibus exeunt rectoque ad Hiberum itinere contendunt: 1, 69, 4; uti ipse eodem omnibus copiis contenderet et ... Octogesam perueniret: 1, 70, 4; rex omnibus ⟨*af;* cum omnibus *hl; Db.*⟩ copiis *sequebatur: 2, 38, 3; Curio cum omnibus copiis quarta uigilia exierat cohortibus V castris praesidio relictis: 2, 39, 1; se in regnum cum omnibus copiis recepit: 2, 44, 3; continuato nocte ac die itinere atque ⟨omnibus copiis *add. codd.; del. Np.;* omnibus oppidis *Lips.; Db.;* omnibus coponis *Madu.;* omnibus hospitiis *Paul; h. l. del. Ald.*⟩ mutatis ad celeritatem iumentis ad Pompeium contendit, ut ⟨c⟩ adesse Caesarem ⟨omnibus copiis *h. l. add. Ald.*⟩ nuntiaret ⟨c⟩: 3, 11, 1; expositis ⟨c⟩ omnibus copiis Antonius, quarum erat summa ..., plerasque naues in Italiam remittit: 3, 29, 2; Pompeius ... discedit omnibusque copiis ad Asparagium Dyrrachinorum peruenit: 3, 30, 7; eductis omnibus copiis acie instructa decernendi potestatem Pompeio fecit: 3, 41, 1; postero die omnibus copiis magno circuitu difficili angustoque itinere Dyrrachium profectus est: 3, 41, 3; hoc consedit loco atque eum communiuit omnesque ibi copias continuit: 3, 51, 8; ipse ut omnibus copiis Domitium adgrederetur: 3, 78, 6; pulsum fugere Caesarem paene omnibus copiis amissis: 3, 79, 4; eundem Achillam, cuius supra meminimus, omnibus copiis praefecit ⟨c⟩: 3, 108, 2; — noctu profugit copiasque omnes in Treueros reducit: V 53, 2; copias omnes in loco edito atque aperto instruxerunt: VII 18, 3; copias se omnes pro castris habiturum: VII 66, 6; copias omnes, quas pro oppido conlocauerat, in oppidum recipit ⟨c⟩: VII 71, 8; copias undique omnes ex nouis dilectibus ad se cogi iubet: 1, 24, 2; ¶ omnibus coponis: 3, 11, 1 *u.* copiis; ¶ quod ... Sequanis ... omnes cruciatus essent perferendi: I 32, 5; in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus adfectus necatur: V 56, 2.

haec uti fierent per omnes deos perque foedera ... Ptolomaeus populum Romanum obtestabatur: 3, 108, 3; ¶ Cicero, qui omnes ⟨per omnes β⟩ superiores dies praeceptis Caesaris ... milites in castris continuisset: VI 36, 1; omnibus deinceps diebus Caesar exercitum in aciem ... produxit: 3, 56, 1; continens omnium dierum labor ... perficiendi spatium non dabat: 3, 63, 4; ¶ praestare uisum est tamen omnes difficultates per-

peti quam: VII 10, 2; ¶ omnium superiorum dimicationum fructum in eo die atque hora docet consistere: VII 86, 3.

omnes ⟨β; *Schn.;* multos α; *del. Whittius; Np., Dt., Hold.*⟩ equites Haeduorum interfectos, quod conlocuti cum Aruernis dicerentur: VII 38, 5; omnes equites, XV milia numero, celeriter conuenire iubet: VII 64, 1; — at equites Haedui ad Caesarem omnes reuertuntur: V 7, 9; equites plerumque omnes tela intra uallum coiciebant: V 57, 3; ¶ commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios ⟨*o*⟩ milites legionis decimae . . . imponere: I 42, 5; ¶ essedarii: V 19, 2 *u.* β) uiae; ¶ lictoresque habent in urbe et ⟨*c*⟩ Capitolio priuati ⟨*c*⟩ contra omnia uetustatis exempla: 1, 6, 7.

sibi omnes fere finitimos esse inimicos ac suae uirtuti inuidere: II 31, 5; ¶ omnia enim flumina atque omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Caesar aut auerterat aut magnis operibus obstruxerat: 3, 49, 4; ¶ non exspectandum sibi statuit, dum omnibus fortunis sociorum consumptis in Santonos Heluetii peruenirent: I 11, 6; (cum . . . premerentur suaque omnia impedimenta atque omnes fortunas conflagrare intellegerent: V 43, 4;) ¶ quod omnibus frugibus ⟨*M*β; fructibus *AQB*⟩ amissis domi nihil erat, quo famem tolerarent: I 28, 3; ¶ ipse autem consumptis omnibus longe lateque frumentis summis erat in angustiis: 3, 47, 5.

qui uirtute belli omnibus gentibus praeferebantur: V 54, 5.

circumitis ⟨*c*⟩ omnibus hibernis . . . inuenit: V 2, 2; omnibus hibernis Caesaris oppugnandis hunc esse dictum diem: V 27, 5; ¶ omnes autem homines natura libertati ⟨*c*⟩ studere ⟨*c*⟩ et condicionem seruitutis odisse: III 10, 3; ¶ (omnibus hospitiis: 3, 11, 1 *u.* copiis;) ¶ atque omnes hostes terga uerterunt: I 53, 1.

reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut consueuerat, misit: VII 35, 3; hos continuo *in* itinere adorti omnibus impedimentis exuunt: VII 42, 6; quinque eiusdem legionis reliquas (cohortes) de media nocte cum omnibus impedimentis . . . proficisci imperat: VII 60, 3; ponti castrisque praesidio sex ⟨*c*⟩ cohortes relinquit ⟨*c*⟩ atque omnia impedimenta: 1, 41, 2; — sauciorum modo et aegrorum habita ratione *impedimenta* ⟨*O in marg.; om. z*⟩ omnia ⟨omni *NO¹hl*⟩ silentio . . . Apolloniam praemisit: 3, 75, 1; ¶ in se uno non seruari, quod sit omnibus datum semper imperatoribus: 1, 85, 10; ¶ neque ab uno omnia imperia administrari poterant: II 22, 1; ¶ omnes iniuriae: V 1, 7 *u.* rationes; ¶ crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi: V 9, 5; ¶ interclusis omnibus itineribus nulla re ex prouincia . . . subleuari poterat: VII 65, 4; ¶ atque omnibus undique conquisitis iumentis in castra deportant: 1, 60, 3; omnia sarcinaria iumenta interfici iubent: 1, 81, 6; ¶ ut omnes iuniores Italiae coniurarent: VII 1, 1; uti omnes eius prouinciae iuniores, Graeci ciuesque Romani, iurandi causa conuenirent: 3, 102, 2; ¶ omnia diuina humanaque iura ⟨*del. Grut.*⟩ permiscentur: 1, 6, 8.

quod eum omnium laborum finem fore existimabant, si . . . potuissent: 1, 68, 3; — Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium exspectant: VII 85, 3; ¶ interim ab omnibus legatis quaestoreque, quibus ⟨quaestoribusque quibus *X;* quibusque *Em. Hoffm.*⟩ legiones tradiderat, certior factus est: V 25, 5; ¶ Caesar in Belgis omnium legionum hiberna constituit: IV 38, 4; impedimenta omnium legionum Aduatucam contulit: VI 32, 3; electos ex omnibus legionibus fortissimos uiros . . . ei classi attribuerat: 1, 57, 1; receptisque omnibus in una castra legionibus suum cum Scipione honorem partitur: 3, 82, 1; ¶ praesidiis enim dispositis omnia litora a Caesare tenebantur: 3, 15, 2; quod tanta diligentia omnia litora a Pompeianis tenebantur: 3, 42, 3; ¶ equites uero . . . omnibus in locis pugnant ⟨*c*⟩: II 27, 2; cum . . . iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur: III 3, 2; praeda ex omnibus locis agebatur: VI 43, 2; (VII 21, 2 *u.* omnes copiae;) cum in omnibus locis consumpta iam reliqua parte noctis pugnaretur: VII 25, 1; facile erat ex castris C. Trebonii atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem: 2, 5, 3; omnibus locis *u.* **locus** *p. 482 (7 loc.).*

omnes maiores natu ex oppido egressi manus ad Caesarem tendere . . . coeperunt: II 13, 2; ¶ Massilienses ⟨*c*⟩ omnibus defessi malis, rei frumentariae ad summam inopiam adducti . . . sese dedere . . . constituunt: 2, 22, 1; ¶ paulum in aquam progressi omnibus membris expeditis ⟨expediti *BM*⟩: IV 24, 3; ¶ nuntio allato omnes eorum ⟨eor. omn. β⟩ milites in potestate Caesaris teneri concurrunt: VII 43, 1; atque omnes milites intenti ⟨omnium militum int. animi β; *Schn.*⟩ pugnae ⟨*o*⟩ prouentum exspectabant: VII 80, 2; cum

omnes milites naues conscendissent: 1, 27, 6; omnium esse militum paratissimos animos: 1, 71, 2; atque omnes fere milites ... tunicas aut tegimenta fecerant: 3, 44, 7; — milites ad unum omnes interficiuntur: 2, 42, 5; milites que omnes intra uallum ⟨c⟩ castrorum continuit: 3, 76, 1; milites tamen omnes in armis esse iussit: 3, 109, 3; ¶ omnibus modis huic rei studendum, ut: VII 14, 2; erant sententiae, quae conandum omnibus modis castraque Vari oppugnanda censerent, quod id ⟨*om. codd.; add. Clark.;* in *Clark.; Dt.*⟩ huius modi militum consiliis omnium ⟨*Clark.;* otium *x; edd.*⟩ maxime contrarium esse arbitrarentur: 2, 30, 1; ¶ tempestas ... ex omnibus montibus niues proluit: 1, 48, 2; ¶ praesectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt: 3, 9, 3; ¶ uos enim uestrumque factum, inquit, omnia ⟨*fhl;* omnia, inquit *Na; edd.*⟩ deinceps municipia sunt secuta: 2, 32, 2; — duumuiris municipiorum omnium imperat, ut naues conquirant: 1, 30, 1; ¶ excipit rursus ex uallo ⟨c⟩ atque omnibus munitionibus clamor: VII 88, 2; — munitiones quidem omnes integrae erant: 3, 66, 7; ¶ muri autem omnes Gallici hac fere forma sunt ⟨muris aut. omnibus gallicis haec f. f. est β⟩: VII 23, 1.

quod nomen ad omnes nationes sanctum inuiolatumque semper fuisset: III 9, 3; ¶ accessum est ad Britanniam omnibus nauibus meridiano fere tempore: V 8, 5; maxima coorta tempestate prope omnes naues adflictas atque in litus ⟨c⟩ eiectas esse: V 10, 2; commodissimum esse statuit omnes naues subduci et cum castris una munitione coniungi: V 11, 5; quo fere omnes ex Gallia naues adpelluntur: V 13, 1; omnesque incolumes naues perduxit: V 23, 6; quod omnibus coactis nauibus Pompeius praesentem facultatem insequendi sui ademerat: 1, 29, 1; ad eum locum ... omnibus nauibus ad unam incolumibus milites exposuit: 3, 6, 3; Cassius ... naues ... immisit atque omnes naues incendit XXXV, e quibus erant XX constratae ⟨c⟩: 3, 101, 2; — se in portum recipit nauesque omnes reuocat: 3, 14, 2.

(se) non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, grauissimum supplicium sumat: I 31, 15; huc Caesar omnes obsides Galliae, frumentum, pecuniam publicam, suorum atque exercitus impedimentorum magnam partem contulerat: VII 55, 2; ¶ hiemare Dyrrachii ⟨c⟩, Apolloniae ⟨c⟩ omnibusque oppidis maritimis constituerat: 3, 5, 2; (11, 1 *u.* omnes copiae;) — quorum oppida omnia in potestate eius essent: I 32, 5; ¶ conuocato consilio ⟨c⟩ omniumque ⟨omnium *A*⟩ ordinum ad id consilium ⟨c⟩ adhibitis centurionibus uehementer eos incusauit: I 40, 1; sic omnium ordinum partes in misericordia constitisse: 1, 85, 3; ¶ pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit: 2, 18, 2.

primo per omnes partes perequitant: IV 33, 1; ut nostri omnibus partibus superiores fuerint: V 15, 1; haec in omnibus Eburonum partibus gerebantur: VI 35, 1; in omnibus partibus incendia conspiciuntur: VII 15, 2; quae (praesidia) ex ipsa coacta ⟨c⟩ prouincia ab L. Caesare legato ad omnes partes opponebantur: VII 65, 1; pugnatur una ⟨tunc *add.* β; *Schn.*⟩ omnibus in ⟨*om.* a^1*;* in omnibus *h*⟩ partibus: VII 67, 3; (3, 54, 2 *u.* portae;) compluresque milites huius ⟨in uiis *Madu.*⟩ urbis omnibus partibus interficiebantur: 3, 106, 5; — dispersis in opere nostris subito ex omnibus partibus siluae euolauerunt: III 28, 3; conferta legione ex omnibus partibus tela coici animaduertit: IV 32, 3; repente ex omnibus partibus ⟨*om.* α⟩ ad pabulatores aduolauerunt: V 17, 2; tela intra munitionem ex omnibus partibus coiciunt: V 51, 2; postea *dispecta paucitate ex omnibus partibus impetum faciunt: VI 39, 4; illi subito ex omnibus partibus euolauerunt: VII 27, 3; iam ex omnibus partibus subito Antonianae scaphae ... se in hostes incitauerunt: 3, 24, 3; cum suos ex omnibus partibus uulnerari uideret: 3, 45, 4; *u. praeterea* **ex** *p. 1176 sq. (8 loc.);* — in omnes partes *u.* **in** *p. 102 (11 loc.);* ¶ frumentum omne ... comburunt, ut ... paratiores ad omnia pericula subeunda essent: I 5, 3; ¶ Vercingetorix ⟨c⟩ omnibus interruptis eius fluminis pontibus ab altera fluminis ⟨c⟩ parte ⟨o⟩ iter facere coepit: VII 34, 3; ¶ subito omnibus portis eruptione facta: III 6, 1; Caesar omnibus portis eruptione facta equitatuque emisso celeriter hostes in fugam dat ⟨o⟩: V 51, 5; obstructis ⟨extructis *O¹hl; Wölffel; Dt.*⟩ omnibus ⟨rebus *add. Np.*⟩ castrorum portis ⟨partibus *Wölffel; Dt.*⟩ ... exercitum eduxit: 3, 54, 2; ¶ quietam nactus stationem et portus omnes timens ⟨timentes *a*⟩, quod teneri ab aduersariis arbitrabantur, ... milites exposuit: 3, 6, 3; ¶ uno tempore praesidiis omnibus deductis et oppugnatione dimissa ... contionem ... habuit: 3, 78, 1; ¶ ille omnibus primo precibus ⟨omn. prec. primo β⟩ petere contendit, ut: V 6, 3; Catuuolcus ... omnibus precibus detestatus Ambiorigem

. . . se exanimauit: VI 31, 5; flentesque proiectae ad pedes suorum omnibus precibus petierunt ⟨c⟩, ne: VII 26, 3; flentes omnibus precibus orabant ⟨c⟩, ut: VII 78, 4; ¶ nostri non amplius XX omnibus sunt proeliis desiderati: 3, 53, 2; omnibus interfui proeliis: 3, 87, 2; ¶ his ⟨c⟩ adductis, in iis filio ⟨filiis β⟩ propinquisque eius omnibus, quos nominatim euocauerat: V 4, 2; ¶ errare, si qui in bello omnes secundos rerum prouentus exspectent: VII 29, 3; ¶ dimisit ⟨c⟩ enim circum omnes propinquas prouincias atque inde auxilia euocauit: 3, 112, 6; ¶ quo ⟨c⟩ lege communi omnes puberes ⟨et *add.* α⟩ armati conuenire consuerunt ⟨c⟩: V 56, 2; ne . . . milites . . . omnes puberes interficerent: 2, 13, 3.

paratos (se) . . . omnibus rationibus ⟨*om.* β⟩ de iniuriis satis facere: V 1, 7; 1, 26, 2 *u.* res; ¶ frumentum commeatumque ab Asia atque omnibus regionibus, quas tenebat, comportari imperat: 3, 42, 2; — Volusenus perspectis regionibus ⟨*om. a;* rebus *Paul*⟩ omnibus ⟨*om.* β⟩ . . . quinto die ad Caesarem reuertitur: IV 21, 9; ¶ omnibus rebus ad profectionem comparatis diem dicunt; qua die ad ripam Rhodani omnes conueniant: I 6, 4; cui summam omnium rerum fidem habebat: I 19, 3; Heluetii omnium rerum inopia adducti legatos . . . miserunt: I 27, 1; namque omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas ⟨c⟩: I 38, 3; Sabinus idoneo omnibus rebus ⟨reb. omn. β⟩ loco castris sese ⟨c⟩ tenebat: III 17, 5; hostes . . . desperatis omnibus rebus . . . fuga salutem petere *contenderunt: III 26, 5; qui omnibus rebus subito perterriti . . . perturbantur: IV 14, 2; mandat, ut ⟨c⟩ exploratis omnibus rebus ad se quam primum reuertatur: IV 21, 2; monuitque, . . . ad nutum et ad tempus omnes res ab iis administrarentur: IV 23, 5; singulari militum studio in summa omnium rerum ⟨rer. omn. β⟩ inopia circiter sescentas . . . naues . . . inuenit instructas: V 2, 2; ne aestatem in Treueris consumere cogeretur omnibus ad Britannicum bellum rebus ⟨omn. reb. ad br. b. β⟩ comparatis: V 4, 1; reliquas (naues) paratas ad nauigandum atque omnibus rebus instructas inuenit: V 5, 2; Caesar intermissa profectione atque omnibus rebus postpositis . . . mittit: V 7, 6; druides . . . militiae uacationem omniumque rerum habent immunitatem ⟨*u. CC*⟩: VI 14, 1; in desertorum . . . numero ducuntur, omniumque his rerum postea fides derogatur: VI 23, 8; multum cum in omnibus rebus tum in re militari potest fortuna: VI 30, 2; quam (ciuitatem) ipse semper aluisset omnibusque rebus ornasset: VII 33, 1; cohortatus Haeduos, ut . . . omnibus omissis ⟨his *uel* iis *add. codd.; Schn., Fr., Db.; del. Beroald.*⟩ rebus huic bello seruirent: VII 34, 1; Sullam nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse: 1, 7, 3; eum recipiunt exercitumque eius omnibus rebus iuuant: 1, 15, 1; tamen omnibus rebus ⟨rationibus *Ciacc.*⟩ in eo perseuerandum putabat: 1, 26, 2; qui (Pompeius) omnibus rebus imparatissimus ⟨*N;* imperatissimis *Ox;* imperitissimus *l*[2]*;* imparatissimis *b; edd.*⟩ non necessarium bellum suscepisset: 1, 30, 5; exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia: 1, 49, 1; ut nostri magna inopia necessariarum rerum conflictarentur, illi omnibus abundarent rebus superioresque haberentur: 1, 52, 3; sic omnibus rebus instructa classe magna fiducia ad nostras naues procedunt: 1, 56, 3; tandem omnibus rebus obsessi, quartum iam diem sine pabulo retentis iumentis, aquae, lignorum ⟨c⟩, frumenti inopia, conloquium ⟨c⟩ petunt: 1, 84, 1; perpessos (se esse) omnium rerum inopiam: 1, 84, 4; tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus: 2, 2, 1; antecedebat testudo . . ., conuoluta ⟨euoluta *Ohl*⟩ omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides defendi possent: 2, 2, 4; has (naues) . . . refecerat atque omnibus rebus instruxerat: 2, 5, 1; quae res omnium rerum ⟨*om. f*⟩ copia compleuit exercitum: 2, 25, 7; conuentus ciuium Romanorum . . . Antonium recepit ⟨c⟩ . . . omnibusque rebus iuuit: 3, 29, 1; se . . . expulsos omnibus necessariis egere rebus: 3, 32, 4; cum illi omnium rerum copia abundarent: 3, 47, 3; (54, 2 *u.* portae;) hi cognitis omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a peritioribus rei militaris desiderari uidebatur, temporibusque rerum et spatiis locorum . . . animaduersis . . ., haec ad Pompeium omnia detulerunt ⟨c⟩: 3, 61, 3; cum omnibus rebus nostri premerentur: 3, 63, 8; quibus rebus effectis cohortatus milites docuit, quantum usum haberet ad subleuandam omnium rerum inopiam potiri oppido pleno: 3, 80, 5; Caesar omnibus rebus ⟨*om. h*[1]⟩ relictis persequendum sibi Pompeium existimauit: 3, 102, 1; quarum (nauium) erant L auxilio missae ad Pompeium . . ., illae triremes ⟨*CC*⟩ omnes et quinqueremes, aptae instructaeque omnibus rebus ad nauigandum: 3, 111, 3; ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim: *ap. Cic. ad Att.* IX 6 *A;* ut tuis consiliis atque opibus . . . in omnibus rebus utar: *ap. Cic. ad*

Att. IX 16,3; — rebus omnibus: (IV 21,9 *u.* regiones;) III 17,5 *et* V 2,2 *u. s.* omnes res; ut . . . his deducto exercitu rerum omnium inopia pereundum uideretur: VI 43,3; ut est rerum omnium magister usus: 2,8,3; quod de consilii sententia summam belli rerumque omnium Pompeio permiserint: 3,16,4; ¶ omnes riuos: 3,49,4 *u.* flumina.

sagittariosque omnes, quorum erat permagnus numerus ⟨*o*⟩ in Gallia, conquiri et ad se mitti iubet: VII 31,4; ¶ (imperat,) ut primo uespere omnes scaphas ad litus adpulsas habeant: 2,43,1; ¶ reperiebat T. Ampium . . . eius . . rei causa senatores omnes ex prouincia euocasse ⟨*c*⟩: 3,105,1; ¶ haec omnibus ferebat sermonibus: 2,17, 2; ¶ ciues Romani . . . ad extremum auxilium descenderunt seruosque omnes puberes liberauerunt et praesectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt: 3,9,3; ¶ omnibus sociis: VII 54,4 *u.* omnes copiae; ¶ monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones uitet: I 20,6.

consumptis omnibus telis gladiis destrictis ⟨*c*⟩ impetum . . . faciunt: 1,46,1; ¶ ut non solum in pristinum statum redissent, sed omnium temporum dignitatem et gratiam antecessisse uiderentur: VII 54,4; omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat: 1,7,1; ¶ igni ⟨*c*⟩ atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt: VI 19,3; maiore commisso delicto igni ⟨*c*⟩ atque omnibus tormentis necat: VII 4,10.

hostes uero notis omnibus uadis . . . incitatis equis impeditos adoriebantur: IV 26,2; ¶ obsessis omnibus uiis missi intercipiuntur: V 40,1; cum in his angustiis res esset atque omnes uiae ab Afranianis . . . obsiderentur: 1, 54,1; ¶ omnes uici: VI 43,2 *u.* aedificia; ¶ uirtute et patientia nitebantur atque omnia uulnera sustinebant: 1,45,6.

b) antecedit substantiuum: nec minimam partem temporis equitum uim caetrati sustinere potuerunt omnesque ab iis ⟨*c*⟩ circumuenti . . interficiuntur: 1,70,5; ¶ Labienus ⟨*c*⟩ cum ab eo impetrauisset, ut sibi captiuos tradi iuberet, omnes productos ⟨*c*⟩ . . . commilitones appellans . . . in omnium conspectu interfecit: 3,71,4; ¶ tanta ui in Pompei equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret omnesque conuersi non solum loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent: 3,93,5; ¶ hostes in fugam dat . . . magnumque ex iis ⟨*c*⟩ numerum occidit atque omnes armis exuit: V 51,5; ¶ ad reliquas legiones mittit priusque omnes in unum locum cogit, quam: VII 9,5; ¶ hoc ueteres non probant milites, quos . . . una profectos docuimus. itaque . . . per medios hostes perrumpunt incolumesque ad unum omnes in castra perueniunt: VI 40,4; VII 40,4 *et* 3,6,2 *u.* **B. a) α) αα) 𝔇)**; — V 48,9 *u.* **B. a) α) ββ)** adficere; ¶ Curio *pronuntiari onerariis nauibus iubet, . . . se in hostium habiturum loco qui non ex ⟨*c*⟩ uestigio ad castra *Cornelia *naues traduxisset ⟨*c*⟩. qua pronuntiatione facta temporis puncto sublatis ancoris omnes Vticam relinquunt ⟨*c*⟩ et quo imperatum est transeunt: 2,25,(6.) 7; Bibulus . . . inanibus (nauibus) occurrit et . . . in eas *in*diligentiae suae ac doloris iracundiam ⟨*c*⟩ erupit omnesque incendit: 3,8,3; tempestas . . . naues Rhodias adflixit, ita ut ad unam omnes constratae numero XVI eliderentur et naufragio interirent: 3,27,2; naues onerarias XXX a M. Antonio relictas intra portum adgressus omnes incendit: 3,40,5; (erant) praeter has (naues) XXII, quae praesidii causa Alexandriae esse consuerant, constratae ⟨*c*⟩ omnes: 3,111, 3; ¶ idem principes ciuitatum . . . ad Caesarem reuerterunt petieruntque, ut . . .; ea re impetrata sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt: I 31,(1.) 2.

ββ) nom. propr.; a) add. subst.: Caluisius . . . summa omnium Aetolorum receptus uoluntate . . . omni Aetolia potitus est: 3,35,1; ¶ quem perterriti omnes Aruerni circumsistunt atque obsecrant, ut: VII 8,4; ¶ omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem dixeramus, contra populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare: II 1,1; quod si fecerit, Haeduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum: II 14,6; ¶ omnes uero se Britanni uitro ⟨*c*⟩ inficiunt: V 14,2; ¶ nisi ⟨*c*⟩ quid in Caesare . . . sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod: I 31,14; nam plerumque omnibus ⟨hominibus *recc.; Np.*⟩ Gallis ⟨gallicis *MQ*⟩ prae magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptui est: II 30,4; cum intellegeret omnes fere Gallos nouis rebus studere et ad bellum mobiliter celeriterque excitari: III 10,3; natio est omnium ⟨omnis β; *Fr., Np.*⟩ Gallorum admodum dedita religionibus: VI 16,1; procumbunt omnibus Gallis ad pedes Bituriges, ne pulcherrimam prope totius Galliae ⟨*o*⟩ urbem . . . suis manibus succendere cogerentur: VII 15,4; quae (uictoria) iam esset sibi atque omnibus Gallis explorata: VII 20,7; — Galli se omnes ab Dite patre prognatos praedicant: VI

18, 1; ¶ futurum esse paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani Rhenum transirent: I 31, 11; Neruios, Aduatucos, Menapios ⟨*c*⟩ adiunctis Cisrhenanis omnibus Germanis esse in armis: VI 2, 3; (quod, ut supra demonstrauimus, minime homines ⟨*Dauis.; omnes X; edd.;* omnium *Lips.; del. Apitz.*⟩ Germani agri culturae student: VI 29, 1;) ne se in hostium numero duceret neue omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, unam esse causam iudicaret: VI 32, 1; — Sueborum gens est longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium: IV 1, 3; ¶ omniumque esse Iguuinorum optimam erga se uoluntatem: 1, 12, 1; ¶ quod Menapii se omnes in densissimas siluas abdiderant: IV 38, 3; ¶ trans id flumen omnes Neruios consedisse aduentumque ibi Romanorum exspectare: II 16, 2; omnes Neruii confertissimo agmine . . . ad eum locum contenderunt: II 23, 4; ¶ fit ab Vbiis certior Suebos omnes in ⟨*o*⟩ unum locum copias cogere atque . . . denuntiare: VI 10, 1; referunt: Suebos omnes, postea quam . . . uenerint, cum omnibus suis sociorumque copiis . . . ad extremos fines se recepisse: VI 10, 4.

b) antecedit subst.: cum Galli . . . iniquo loco committere proelium non dubitant. quae fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret, . . . placide progrediebatur: VI 8, (1.) 2; ¶ T. Labienum . . . in Morinos . . . misit. qui cum propter siccitates ⟨*c*⟩ paludum quo se reciperent non haberent, . . . omnes fere ⟨omnes fere *om.* β⟩ in potestatem Labieni peruenerunt ⟨uenerunt β⟩: IV 38, (1.) 2.

